

T O M V S I I.

II

EPICTETI STO-  
ICI PHILOSOPHI EN-

CHIRIDION, HOC EST PV-

gio, siue Ars humanæ vitæ corre-  
ctrix:

*Cum eruditissimis*

S I M P L I C I I   S C H O .  
L I I S,

HIERONYMO VVOLFIO  
*Interprete.*

Accesserunt & scalia eiusdem argumenti, non  
incommoda studiosis futura:

Vna cum Rerum & verborum Indice  
copioso.



Cum gratia & priuilegio Cæs. Maiest.

C O L O N I A E,

In Officina Birckmannica, Sumtibus Arnoldi Mylij.

Anno, M. D. XCV.

EPICETI STO  
HISTORIA

IN LITERIS  
CENSUS

AD HISTORIAS  
CENSUS



S I M P L I C I I   C O M -  
M E N T A R I I   I N   E P I C T E -  
ti Enchiridion, Hieronymo Vuol-  
fio interprete.

P R O O E M I V M   S I M P L I C I I ,  
quo Epictetee doctrina fundamenta  
incipiuntur.

**A**RRIANVS vitam & obitum E-  
picteti prolixis libris est persecu-  
tus. Vnde cognosci potest, qui vir  
ille fuerit. Idem Arrianus & hunc  
libellum, quod Enchiridion in-  
scribitur, composuit, delectis ex  
Epicteti disputationibus philo-  
sophiae locis maxime necessariis, & animos vehe-  
mentissime perrouentibus: vt ipse testatur in epi-  
stola ad Masgalenum, cui Opus ipsum dedicauit, vt  
& amicisimo suo, & maximo Epicteti admiratori.  
Finis autem libelli est (modo sint qui obtemperent). Enchiridion  
qui que his cognoscendis non contenti, præceptis scopus.  
ipsis afficiantur: coque cum infixerint animis, vita  
quoque & moribus exprimant) animum nostrum  
in eam assere libertatem, in qua a parente & aucto-  
re Deo productus fuit: vt neque formidet quicquam,  
neque vila re doleat, neque vlli deteriori naturæ  
seruiat. Enchiridion porro inscribitur, quod vt pu-  
gio militibus, ita hic libellus iis, qui recte vivere stu-  
dent, paratus atque in promptu perpetuo esse debe-  
at. Genus orationis est neruolum & acre, vt qui o-  
mnino mortui non sunt, eis veluti stimulo quodam dñe.  
pungantur, & suas affectiones tum intelligent, tum  
ad eas corrigendas excitentur, alii plus alii minus.

*Stoica do-  
ctrina & fun-  
damentum:  
Corpus esse  
instrumen-  
tum animi.*

*Vita beata  
etiam inter-  
rie.*

*Animorum  
immortali-  
tatis.*

*Præceptio-  
num consen-  
tio.*

Qui vero his disputationibus non afficitur: is non nisi apud inferorum tribunalia corrigitur. Omnis autem doctrina hæc, Naturæ humanæ fundamento innititur, quæ polita sit in ratione & mente quæque corpore ita ut artifex instrumento quoipam v-tatur. Qua de causa coniugium & procreationem liberum, cæteratumque rerum expetendarum fructum homini concedit. Sic tamen, vt mentis vim & a corpore & a brutis affectibus vbiique inuestam præstare, eorumque vsum ad suum bonum referre iubat. Externarum igitur rerum, quæ in bonis habentur, quæque cum vero bono consentire possunt, fructum, vt dixi, concedit, sed moderatum. Quæ vero ab illo dissentient, ea plane reiicienda esse monet. Illud autem in his disputationibus miteris, quod eos qui obtemperant, & præcepta in vita obseruant, felices & beatos efficiunt, nec tamen necesse habent remunerationem vii tutis post obitum polliceri, quamuis & hæc omnino secura sit. Quod enim corpore, brutisque affectibus pro instrumentis vtitur; id ea procul dubio natura est, quæ ab illis separetur, & post eorum permaneat interitum, ea nimirum perfectione præditum, quæ sit naturæ suæ consentanea. Et vt animam vna cum corpore interire statuas: tamen qui præcepta hæc obseruat, is perfectionem suam consecutus, suoque perituens bono, vere felix est & beatus: sicut & corpus humanum naturalem suam perfectionem consecutum, suo bono potitur, nec quicquam præterea desiderat. Dicitio concisa est, & sententiosa, qualis præceptionum quas *τεωδίκας* Pythagorei dicunt, esse consuevit. Atque etiam certo quodam ordine hæc consentiant, & inter se vbiique sere cohærent, vt longius progressis apparebit. Quamuis enim capita distincta sint: ad vnam tamen artem omnia vitæ humanæ correctricem referuntur, & ad vnum finem sermones tendunt, vt rationis particeps animus ad suæ dignitatis conseruationem & suarum actionum naturalem vsum excitetur. Eisi autem oratio

oratio clara est: nihil tamen fortasse nocuerit, eam *Commentaria*  
pro virili explicare. Nam & ipse scriptor ea magis *rijskopue*.  
afficerit, eiusque veritatem rectius perspicier: &  
studiosis disputationibus huiusmodi minus assue-  
tis, hæc interpretatio indicis loco erit, eosque velu-  
ti manu dueet. Illud vero quod dixi, in primis decla- *Quæ thor vi*  
randum est, cù quo homine sermones isti habeantur. *ta genera.*  
& ad cuius humanæ vitæ virtutem perducant  
eum qui obtemperarit. Neque igitur ad eum pertinet, *α. ὁ καθηρό-*  
qui repugnare vitam suam studet (is enim, *καὶ διωνύσις*  
quantum licet, a corpore corporisque affectionibus *εἴναι*,  
refugit, & veluti totus in seipso vertitur) multoque *6. ὁ θεράπε-*  
minus ad eum, qui contemplationi rerum est dedi- *τος.*  
tus. Is enim vita rationi consentanea non contem-  
natur, quantum quantus est, Deorum esse collega stu-  
det. Sed illis conuenient, qui vitam rationi consen- *γ. ὁ τοῦ νέα*  
taneam consecstant, corpore pro instrumento v- *λὺντος*  
tuntur: quique nec corpus animi, neque animum *χειρόμηνος.*  
corporis esse partem, neque hominem duabus con-  
stare partibus animo & corpore, censent. Talis enim *δ. ὁ πολὺς*  
est vulgaris homo, demersus in materiæ folidibus, *αὐθηρίος.*  
ab eaque oppressus, nihilo magis rationis particeps  
animal quam brutum, ac verbo potius homo quam  
re ipsa. Qui autem verus homo esse studet, & nobis- *Veri homi-*  
litatem suam recuperare cupit, quam Deus, magna *nisi officinum.*  
cum excellentia reliquorum animalium, ipsi dona-  
uit: is in eo elaborat, vt in viuendi ratione suum  
animum, prout eius natura capax rationis fert, ita  
sequatur, vt corpori mens imperet, & super id sese  
efferat: coque non vt coharente parte, sed pro in-  
strumento vtatur. Huic enim & doctrina morum,  
& gubernandæ tam Reipublicæ quam familiæ ra-  
tio potissimum traditur: ad quas res hæc disputationes  
pertinent. Veterum autem hominem cum esse, *Corpus ani-*  
cuius natura in animo rationis capaci consistat, in *mi esse in-*  
primis ostendit Platonis Socrates, cum Alcibiade *strumētum,*  
suo disputans: qui hoc argumentum tractatus *autoritate*  
docet, quæ vitæ ratione, quibus actionibus, iij qui si- *Socratis*  
bi paruerint, talem hominem perficiere queant. Ut probatur.

## S I M P L I C I I

enim corpus naturalibus motionibus intendendis exercetur & corroboratur: ita etiam animus, per naturales actiones naturam suam ad habitum naturae congruentem perducit. Sed nihil fortassis horum sermonum explicationi obstat, ac potius necessarium est, id quod Epictetus proconcesso sumit: hominem vere esse animum rationis capacem, qui corpore ut instrumento quodam utatur: antequam singulas partes explicemus, in primis declarare ac demonstrare. Epictetus enim tali homini conuenientibus & propriis actionibus ob oculos positis, hortatur & exstimulat se & statores suos ad eas cognoscendas & exsequendas, ut quod diximus, naturam nostram perficiamus. Cæterum cum esse verum hominem, non demonstrat: sed proconcesso, ut dictum est, sumit. Socrates igitur exemplis rerum in oculos incurrentium usus, hominem ut scalpelio, ita manu etiam ad opus yti: deinde illo adiuncto, aliud esse vientem, & aliud id quo is utatur ut instrumento: colligit, hominem esse, qui corpore pro instrumento utatur. Vt autem corpore pro instrumento cum in artibus, tum aliis actionibus, non aliud nisi animum ratione praeditum \* [ qui corpore pro instrumento utatur ] Deinde ex his concludit: id quod corpore utatur, omnino imperare ei quo utatur: idque hac diuisione proponit, hominem necessario vel animum esse, vel corpus, vel utrumque. Quod si homo corpori imperet, ipsum vero corpus sibi non imperet: hominem corpus non esse, constaret: ac ne utrumque quidem simul, eadem de causa. nam si homo est, inquit, corpori qui imperet, corpus autem sibi ipsum non imperet: nullo modo utrumque simul imperabit. Denique si corpus per se immobile ac mortuum est, animus vero est qui moueat: & quoniam in artibus videntur artificem esse qui moueat, instrumenta vero artis quæ moueantur: perspicuum est, instrumenti yice esse corpus, animi respectu. Is igitur est homo: & qui hominem curare voluerit, animum curet oportet.

*Animus fabro, corpus malleo comparatur.*

\* *bac redun dare viden- tur.*

*Fabri est im- perium, in- strumentis seruitium.*

oportebit ratione p̄aditum, & in propriis eius bo-  
nis versetur, nam qui corpus curat, non hominem, *Animus po-*  
nec ea quā sunt hominis curat, sed instrumentum. *tius curan-*  
Qui vero pecunia & id genus aliis rebus studet, nec *due quam*  
hominem curat, nec hominis instrumentum: sed *corpus: cor-*  
ea quā ipsi instrumento seruunt. *p̄us magis*  
*quam pecu-*  
*nia.*

*JN EPICTETI ENCHI-*  
*RIDII PRIMVM CAPVT,*  
*Simplici Commentarii, Hieronymo*  
*Wolffio interprete.*

*E P I C T E T U S.*

**R** E S quadam in potestate nostra sunt: qua-  
dam non sunt. In nostra potestate est, opi-  
nio, appetitus, desiderium, aversatio: &  
us uno complectar verbo, qualibet nostra  
actio.

*S I M P L I C I V S.*

**I**N nostra potestate ea esse dicit, quā nec ab alio. *In nostra*  
habemus, nec ab ullo alio impediri possunt: cu- *potestate*  
ia modi sunt, motus animorum, qui intrinsecus *est.*  
Sapere iudicio & arbitratucentur. Voluntas enim *in auctoritate im-*  
extinctus mundi non potest. Quamuis enim id *ternos mo-*  
quod expetitur, extrinsecus sit; ipse tamen motus *tus est.*  
ad illud, intrinsecus est: veluti, hoc illo re modo,  
sentiens rebus, ut diuitias, aut mortem, aut aliud  
eius generis, vel bonum, vel malum, vel neutrum  
esse. Cum igitur sic aut aliter quampiam de re senti-  
mus, sive nostra sponte, sive edocta ab aliis; non pi-  
cas & psittacos imitabimur, qui id quod docentur  
garrunt, nec intelligunt quid dicant. Neque enim  
ut psittacus dicit, se conditum bibitum: ita & nos  
dicimus, hæc opinio atque persuasio noster motus  
est, aliquando extrinsecus excitatus, & prouocatus  
ab aliquo docente, non tamen ab eodem inservitus.

Sic alicuius rei appetitio intrinsecus & ipsa oritur, et si res quæ appetitur, extrinsecus est. Ut enim appetitioni occasionem illa præbeat, ipsa tamen appetitio tota est intrinsecus. Neque enim ut ii, qui per impulsionem alieno mouentur motu, extrinsecus suam motionem habent, ita hic quoque fit: sed potius ut in iis, qui suis viribus excitantur. Talis est & appetitio, cum sit animi velut extensio quædam ad id quod appetitur, & declinatio appetitioni contraria, quæ est auersio & fuga ab eo quod declinatur. Constat autem opinionem, quæ est cognitio quædam a ratione gubernata, digna homine, antecedere. Quæcum in eorum aliquo versatur, quod nobis bonum malumque est, aut esse videtur: omnino propensio aut auersio commouetur, appetitio sequitur. Prius enim quam appetas rem desideratam, & amplectaris, aut eam quam declines, quæ est rei desideratae contraria, auerseris: animo propendas aut abhorreas oportet. Ac Stoici quidem appetitionem & auersationem, tum desiderio, tum declinationi præponebant, iis animorum motibus,

*Ira & cupido* qui desiderium & declinationem præcederent, consideratis. Cæterum brutaæ appetitiones iræ & cupide corporis corporis, contiguæ corporibus, & vita quædam corporum, adeo ut ex eorum temperie quasi efflorescere videantur: multum habent alieni motus, nec plane sui iuris sunt: neque proprie in eorum qui aliquid desiderant, potestate sunt, quamvis intrinsecus & ipsæ cieantur. Atque etiam ipse particeps

*Animus corporis* rationis animus, cum sese corpori dediderit, & brutorum vel servit, corporisque motibus: veluti neruis quibusdam trahitur atque impellitur, neque iam motus suos habet ita expeditos & solutos. Cum vero idem sic agit, ut eius naturali actioni conuenit: tum liberæ & sua sponte, intrinsecus a semetipso cietur. Ac in tali animo, quidnam in nostra potestate sit, citra controversiam cernitur.

*Quod ut accuratius cognoscatur*, quid nam & quibus in rebus sit, utique radicem hominibus id esse ac principium bene & atque

πάθητιον  
πλεις οὐκ εἰχατο-  
σις, ὅριον οὐκ  
εἰκαλιστιν ὅρ-  
μη οὐδὲ φορ-  
μὴ sequitur.

teque aut contra vivendi intelligatur, rem paulo  
altius repetamus. Omnim<sup>i</sup> rerum fons & princi- *Deus fons e-*  
pium est bonum. Quod enim ab omnibus appeti- *mnis boni,*  
tur, & ad quod omnia referuntur: id omnium re- *rebus condi-*  
rum est & principium & finis, & id quod bonum est, *tis bonitatē*  
omnia producit, tam media quam prima & postre- *suam non ex*  
ma. Verum prima quidem, sibique contigua, simi- *equo com-*  
lia sibi ipsi producit, vna bonitas multas bonitates, *municat.*  
& vna simplicitas atque vnitas ( licet enim nobis  
declaranda rei causa & hisce & aliis id genus uti vo-  
cabulis) quæ omnes alias superat, multas vnitates,  
vnumque principium multa principia. Idem enim *Synonyma,*  
est vnum, principium, bonum, & Deus. Deus enim *Vnum, prin-*  
princeps est & causa rerum omnium, primum au- *cipium Bo-*  
tem etiam simplicissimum esse necesse est. Nam *nun Deus.*  
quicquid compositum est, vt unque compositum  
sit & multiplicatum, id est vno posterius, etq; mul-  
titudo: & ea quæ bona non sunt, bonum appetunt,  
vt se ipsis excellentius, quodque ipsum principium  
non est, omnino a principio ortum est. Id principi-  
um vires habere summas atque vniuersas necesse  
est. Amplitudo autem virium & quasi abundantia  
in eo sita est, vt cum omnia producat a seipso: simi-  
lia producat prius quam dissimilia. Quapropter  
multa principia vnum principium, multas simpli-  
citates, multas bonitates continenter a se ipso pro-  
ducit. Res enim omnes cum inter se se different, su- *Vnum est, in*  
isque differentiis compleantur, ad vnum singulæ *quo, & ex*  
suum principium reducuntur. Velut, pulchra omnia, *quo, & per*  
quæcunque & vbieunque sunt, sive in corporibus *quæ omnia.*  
sive in animis, ad vnum reducuntur pulchritudinis  
fontem: sic etiam moderata, sic vera omnia, itemq;  
principia omnia, cum primo principio cohærent,  
quatenus principia & fontes & bonitates sunt, cum  
ea qua decet diminutione & proportione. Quam  
autem rationem habet vnum illud principium ad  
res omnes, eandem habet vnum quodque principi-  
um ad eam multitudinem quæ sub ipsius proprie-  
tate continetur. Neque enim aliter fieri poterat,

qui<sup>n</sup> vnaquæque multitudo, discrimine aliquo separata, ad suum illud principium contendet, a quo omnibus vna & eadem forma affulget. Omne enim multitudinem vnum antecedit, & omnis quæ in multis rebus est proprietas, ab uno ad multa porrigitur. Omnia igitur singulatæ principia in toto consistunt, ab eoq; carent, non ratione interualli, neq; loci: sed vt in toto partes, & vt in uno multitudine, & in unitate numerus. Illud enim est omnia, ante omnia: & in uno principio multa principia multiplicantur, & in vna bonitate multæ bonitatis sunt collocatæ. Atque illud non est principium, & vnumquodq; reliquorum, aliud pulcri, aliud veritatis, aliud congruentiae, aut alterius alicuius rei, sed simpliciter eorū quæ sunt principium, sed principium principiorum. Oportet enim principii proprietatem non a multitudine incipere, sed in unam unitatem colligi principium principiorum. Ac prima illa quæ a primo bono producuntur, quia cum hoc cohaerent: a bonitate non recesserunt, cum immobilia & immutabilia sint, & in eadem semper beatitate collocata, non indigat boni: quia per se bonitates sunt. Cætera vero omnia, ab uno bono & multis bonitatibus producta, cum remota sint ab eo ut per se bona sint, & immobiliter in essentia diuinæ bonitatis collocata: participatione habent bonum. Verum extrema, & quæ aliunde mouentur, veluti corpora, sicut & essentiam & motum aliunde habent, nec ipsa cohibere se se possunt: propterea quod diuisionem admittunt, & instabilitia sunt, nec tota per totum sibi ipsis ita consentiunt, ut vnumquodque totū sui totius sit causa; nec se se mouere possunt, quia per se mortua sunt & expertia spiritus: ita & bonum suum exti infuscus habet. Media vero infra naturam immobilem, quæ semper sui similis est, eodemq; modo se habet, subsistentia, sed extremis quæ aliunde mouentur præstantiora: mouentur illa quidē, sed a se meti ipsiis mouentur, & non extrinfuscus ab aliis quibusdam, ut corpora. Huiusmodi

*Beati spiri-  
tus immu-  
tabiles.*

*Animi par-  
ticipes boni-  
tatis.*

*Extrema,  
hoc est, cor-  
pora carent  
aliunde.*

*Animi per-  
se mouen-  
tur, & cor-  
pora mouentur.*

modi sunt animi, qui & seipso & corpora mouent: eoque corpora, quæ intrinsecus mouentur, animata dicimus: quæ vero extrinsecus tantum, inanimatum scilicet animus, qui a seipso mouetur, etiam corpora mouet. Qui si corpus ita moueret, ut ipse ab alio quopiam extrinsecus moueretur: ipsum corpus ab eo proprio moueretur, quod animum moueret.

Ea igitur natura quæ a seipso cietur, ut inferior immobili, quæque participatione bona redditur, mouetur illa quidem ad bonum: sed a se ipsa mouetur, appetunt.

& non ab alio: illudque & desiderat & vehementer appetit, eiusque propriæ motiones sunt hæc: sollicitudo, appetitus, desiderium & delectus, quæ a Græcis dicuntur *q̄nt̄s r̄ḡ sp̄t̄s ē sp̄n̄ n̄ d̄sp̄ns*. Ac principes quidem animi, ut ab iis quæ per se se bona sunt continenter producti, et si non nihil illis inferiores, quia bonitates non sunt, sed bonum appearunt: tamen ut illi cognati, arctissime & indiuulsi illud appetunt, & voluntatem (*āsp̄r̄s*) vniiformiter ad illud intentam habent, nunquam ad deteriorius declinantes.

Quod si capiendi consilii deliberatio (sic enim *āsp̄r̄s* hic vertere licet) alia aliis anteponit, & aut e duobus alterum, aut unum aliquid e pluribus amplectitur: nulla fortassis in hocce animos cadit deliberatio, ni quis ipsam eo *āsp̄r̄s* vocet, quod prima bona amplectatur. Animi vero *Humani* & hominum, quorum illa ratio est, ut ea coniungant, *nimi*, corpora & inter se sibi deuincent, quæ perpetuo supra *r̄s addicti* perpetuoque infra manent, ea prædicti natura, ut *desideriis*, & ad hæc & ad illa se conuertant: si ad superna *libertatem* illa toti inclinarint, simplices habebunt & aduersario *suam amit-*

*Animi principes, indi-  
uisi a bono,  
āsp̄r̄s  
non habent.*

*carentes appetitiones suas, suumque delectum, tunt.*  
Cum vero ad superna conuerterit nequeunt, eo quod etiam secundum conuersationem ad inferiora age-re volunt, quæ & ipsa ideo ei insita est, ut animent & mouent ea corpora quæ per se & inanima sunt, & aliunde cientur: utque gubernent ea, quorum illa ratio est ut alieno motu aliquid boni consequantur, qui que suo motu ea mouent quæ aliud-

de carent: tum igitur cum sunt iis affixi rebus atq;  
dediti, quæ res oriuntur atque intereunt, & ad boni  
priuationem prolabuntur, voluntas eorum (*αἱρετος*)  
aduersario catere desinit: semper tamen ad res ex-  
petendas & bonas fertur, siue illæ vere bona sint,  
siue ob adiunctas voluptatis illecebras falsa boni  
specie blandiantur. Nam quia cum vero bono sem-  
per & vera voluptas est coniuncta, ubique animus  
adumbratum aliquod voluptatis simulacrum  
animaduerterit, non considerans verane ea sit, ve-  
roque bono cognata, an vero fallax & adulterina  
boni umbra, tanquam ad bonum accurrit: nec illud  
expendit, multo plus inesse molestia tam conse-  
quentis quam antecedentis. Neque enim esu dele-  
ctatur quisquam, nisi prius famis molestiam sense-  
rit: neque potu qui non sitierit, molestia denique  
cum voluptate cohæret. Proinde si voluptatem que  
bibendo percipitur, inhibueris, sitim adhuc inesse  
videbis: voluptasque durat, quandiu molestia ei  
adhæret. Nam ubi fames, sitis, algor, aut simile ali-  
quid sedatum fuerit: suauia illa esse desinunt, ac  
potius aduersa fiunt, & fastidium carent. Omnino  
ceite molestia eos comitatur, qui voluptatis im-  
pulsi illecebris, excedunt modum, & e iucundi boni  
studio peccata nostra omnia oriuntur, sicut e studio  
veri boni recte facta. Ac propter *αἱρετον* & *αἱραιτον*  
& bonum & contrarium consequimur. Nam cum  
voluntas soluta puraque & in ipsis rationis pote-  
state fuerit, a qua natura nostra pendet: tum ad res  
vere expetendas & ad veritatem fertur. Quare pro-  
prium animi bonum virtus, a Græcis δημοσιον dicitur,  
quod propriæ sit optabilis, & vera optione compa-  
retur. Sin brutorum affectuum cupiditates secula-  
fuerit, & id quod horum est, suum duxerit: falsum  
tum habet delectum. In nostra enim potestate est  
*αἱρετον* & *αἱραιτον* nostra. Nam opinio, appetitio,  
desiderium & declinatio ad *αἱρετον* & *αἱραιτον* re-  
feruntur, quæ omnes sunt internæ animorum mo-  
tiones, & non externæ impulsiones. Quapropter  
& his

*Voluptatis  
simulacris  
insecati ani-  
mi, tum ve-  
ro bono ex-  
cidunt, tum  
in errata,  
peccata, ca-  
lamitates  
incident.*

*Plus ales  
quam mellius  
habet fucos-  
sa voluptas.*

*Virtus La-  
tine a viro.  
Grace αἱρετη  
dicitur,  
quod expe-  
tenda sit.*

& his dominatur: eaque de causa & Deus & leges  
 & homines prudentes consilium & voluntatem in-  
 tuentes, ut quæ in nostra potestate sint, peccata re-  
 teque facta discernunt, non autem ipsas actiones  
 quæ in nostra potestate non sunt, quæque consiliis  
 ac voluntatibus discernuntur. Nam cædi non vo-  
 luntaria, ut que non consulto neq; arbitratu nostro  
 facta sit, quæq; in nostra potestate non fuerit, venia  
 datur. Qui vero iure meritoque aliquem occiderit,  
 etiam laudatur. Ita non ipsæ actiones laudæ aut vi-  
 tuperationem in seâ continent: sed consilio & vo-  
 luntate, quæ in nobis sitæ sunt, distinguuntur. Re-  
 Æ igitur Epictetus ab his suæ institutionis exordi-  
 um summis: & nos, vti huc omnia nostra consilia re-  
 feramus, monet, ut qui ex iis & bona & mala conse-  
 quamur. Cum vero dicit res alias in nostra potestate  
 esse, alias non esse: non totam rerum naturam par-  
 titur, sed eas tantum res complectitur quæ in nobis  
 sunt, & coniunctæ nobiscum. Neque enim villam  
 habet adæquationem contentio, quæ diuisiones  
 decet, si quis diuisioni eorum, quæ in nostra potesta-  
 te sunt, opponat omnia quæ & in mundo & supra  
 mundum sunt. Sed quoniam sunt qui negent que-

*Consilia &  
 voluntatis po-  
 tius specta-  
 tur, quæfa-  
 ciuntur.*

rum diuisio,  
 nō ad natu-  
 rum uniuers  
 itam, sed ad  
 hominē re-  
 fatur.  
 Fatuū ē. For  
 tuna libertas  
 & voluntau-  
 stimant: alii vero casu, fortuito & temere, quasi nos tu opponu-  
 cylindri instar agitentur: satis quidem essent ea quæ sup.  
 iam diximus de ordine eorum quæ in nostra pot-  
 estate sunt, deque delectu & voluntate, quibusque  
 declarauimus non posse fieri quin ita se res habeat:  
 nihil tamen fortasse prohibet, seorsim etiam, & ex  
 professo verba contra istos facere, qui voluntatis li-  
 bertatem tollunt. Ac casus quidem, & negoti li-  
 bertatis, & fortuitum, si ita dicuntur, quasi nos sine  
 aliquo præcipuo fine agamus: neque vera est ea  
 oratio: & vera vt esset, non in omnibus actionibus  
 nostris vera esset. Etenim artes & naturæ omnes  
 metam quandam & finem sibi proponant, ad quem  
 ab initio ad extrellum usque actiones suas oracula

*1. Nihil for-  
 tuis gari,  
 sed ad certi-  
 finem refer-  
 ri omnia.*

referant. Atque adeo omnis omnium animantium motus & actio, boni alicuius gratia suscipitur siue id vere bonum sit, siue tale esse videatur. Nam & mali fuga tanquam vtilis, fit propter bonum,

**E**arū quoq;  
rarum qua  
fieri neque-  
unt, quæq;  
nocent, ap-  
petitivo, hu-  
mani est ar-  
bitrii.

Sin aliquis fortuitum sic accipiat, quasi id quod desideretur, aut fieri nequeat, aut non expedit ( sicut temere & fortuito medicinam aliquem propinasse dicimus, quæ aut prodesse nequit, aut aliquando etiam obest) ne is quidem voluntatis nostræ libertatem sustulerit. Non enim eorum modo quæ fieri possunt, quæque prosunt, appetitionem & fugam penes nos esse dicimus: sed eorum etiam quæ fieri nequeunt, quæque nocent. Quare non ea modo quæ recte, sed & ea quæ perperam sunt, in nostra esse potestate dicimus. Qui autem opinionem & appetitionem, coactam, non liberam, nec in potestate nostra esse dicunt, atque adeo nec delectum nec consilium, ut quæ aliunde moueantur, & non intrinsecus a nobis progrediantur: hi partim inopiam causantur ( quis enim esuriens aut sitiens aut algens, velit nolit, cibum, potum, calorem non appetit? Quis ægrotans non desiderat sanitatem?) partim illud ipsum quod opineris, quod appetas, quod fugias, volentem nolentem ad se attrahere dicunt. Quis enim, qui vel minimam arithmeticæ partem didicerit, bis duo esse quatuor non existimet? Quo pacto igitur tui arbitrii sit sic existimare, ac non potius hoc ipsa rei natura cogat? Quis vero bono & pulcro rebus contrariis animaduersis, non & illa expetat, & has declinet, iis ipsis impellentibus? Nam & præstantissimi quæ naturæ rerum indagatores, id quod appetatur primam mouen.ii vim habere dicunt. Id vero quod aliunde necessario plane moueatur, quo patet adhuc in nostra esse potestate queat? partim eius qui appetat affectionem causantur, ut quæ necessatio moueatur ad id quod ipsius natura ferat: cum aliter facere non possit, quin hoc modo appetat: Nam temporentia habitu prædictus, tempe-

1. *Inopia.*

2. *Obiectum.*

3. *Habitus,  
affectione, seu  
consuetudo.*

tata facta & studia desiderat: intemperans, intemperantia: nec in alterius vtrius potestare est, quamuis velit, non sic appetere. Nonnulli certe quidem, quamuis appetitiones suas moleste ferant, easque cieri nollent: tamen ab habitu & consuetudine impelluntur ad res a se desideratas, ab iisque alieno motu pertrahuntur, plane quasi in ipsis situm non sit facere aliter. Ac de rebus qui gnarus earum est, vere, indoctus, male sentit: neque aliter fieri potest. Neque enim vlo modo sciens falsum opinari potest neque rudis verum. Nam penes rudem quidem est, opinari falsa: non falsa, penes scientem. Neque enim rudis falsum amplectetur, si penes ipsum id esset, & doctus, si penes ipsum esset opinari vera: falsum etiam opinari posset, si quis id eum velle largiretur. Ut enim sensibus in rebus fieri nequit ut sensus integri & vigentes fallantur: ita se res in iis etiam habet, quæ ratione percipiuntur. Atque hæc sunt, quæ dicere illi queant, qui libertatem voluntatis tollunt. Mortales autem plurimi, III. *Fato-*  
*fatalem cœli conuersionem, vt cæterorum omnium, sic & appetitionum nostrarum, itemque opinionis & delectus statuant esse causam, astrologi-  
*lēm cœli cō-  
*uersione non tollere liber-*  
*rum subnixi testimonii, qui e positu astrorum in tatem va-*  
*genesi pronunciant, alium fore voluptuarium, alium luntasia.***

auarum, alium Musarum & sapientiarum amatorem: & appetitiones prædicant, se se per ætatem ostensuras. Qui vera si dicant, omnino necesse esse existere appetitiones fato insitas, nec situm in nobis esse ut alias proferamus. Quomodo igitur penes nos erit, hoc aut illo modo appetere, si omnino necesse nobis est, nolentibus volentibus unisimmiter ad hoc illudue desiderium incitari? Hæc & id genus alia contra libertatem voluntatis afferri queunt, quibus id effici videatur, ut neque appetitiones, neque declinationes, neque consilia nostra in nostra potestate esse videantur.

**REFUTATIO OPINIONVM**  
*que Epicteti divisione repugnare  
videntur.*

*Egestas, ino-  
pia siue pe-  
nuria, non  
inserit aut  
cogit, sed mo-  
uet & exci-  
tat appeti-  
tionem.*

*Animi hu-  
mani tri-  
plex vita &  
appetitio.*

I. Aduersus rationem de egestate, dicendum est: eam non inserere appetitionem. Multa enim prorsus inanima, vt stirpes, qualitate aliqua egentia, velut humiditate aut siccitate, aut caliditate aut frigiditate: tamen eam non appetunt, quia vi appetendi carent. Nam quæ appetunt, eadem etiam sentire id quod appetitur, necesse est, & ad id moueri. Nec tamen appetitum inserit egestas: sed id quod appetendi vim habet, aliquā re egens, ad egestatem propulsandam, appetitum prouocat. Neque vero pruritus nobis manus inserit, sed manus pruritum sedant. Neque etiam a vitæ necessitatibus artes inseruntur, sed animus ad eas necessitates subleuandas excogitat & opponit artes. Omnis enim appetitio, motus internus est animi appetentis, ab eo ipso progressa, non extrinsecus inserta. Ac brutarum animantium vita, quæ corporea est, neque fere quicquam habet quod supra corpora velut eminet: in egestate corporis, tanquam sibi propria, uniformes habet appetitiones. Vnde hæc coactæ videntur, & non liberæ. At hominis animus rationis particeps, eo quod in medio situs est, triplici ratione præditus, unaqua ad deterius, corporeum illud & brutū, altera qua ad seipsum: tertia qua ad id quod præstantius est, mouetur: triplicem quoque vitam & appetitionem habet: Ac quando corpori, & bruto corporis vitæ fese dediderit: tunc illius egestatem, suam esse ratus, necessario una cum illo appetit. Et hæc est appetitio illius, quæ libertatem controuersam habeat. Cum vero suam vitam viuit, aut præstantiorem: tum & appetitionem habet ei vitæ consitaneam: iusque bonum desiderantem. Huius igitur animi vere est ea autoritas, vt hæc aut illa desideret: ut qui appetitionum plura genera a natura insita

In sita proferre possit, alia deteriora, alia præstantiora, quorum illis vitiolius redditur, his virtute augeratur. Nam is delectus, is qui præstantiora amplectitur, *Verus delectus est.* Vnde & saepe fit, ut corpore egeno.

te, esidente & cibum appetente, animus ieiunium ultra desideret, vel oblegem aliquam ita iubente, vel propter corporis suiae ipsius euram. Perspicuum autem est, licuisse illi tum una cum corpore appetere, id quod plerique animi faciunt. Sed maioris boni desiderio, appetitionem alias profert. Animus igitur ratione prædicti respectu, Epictetus hoc alioue modo appetere, in nostra esse potestate affirmauit.

Qui vero appetitionem a rebus appetendis excitari dicunt: verum illi quidem ex parte dicunt, sed *quomodo non quantum ipsi putant.* Haec enim animum ad *rebus appetendum* non ita mouent, quasi si aliunde cicutetur, cum suggerunt susceptionem sui, idoneam ad *setur.*

prouocandum id quod eas amplecti natura solet. Ut enim res subiecta sensui, sentienti sensum non inferit, neque id, quasi aliunde moueat, ad se attractare solet, sed sese offert idoneam quæ cum eo coniungatur, cuius natura coniunctionem illam admittit: sic & res appetenda suam conuenientiam proponens, prouocat animi ad sese desiderium, qui ad illud aptusest. Quamobrem rebus appetendis propositis, alii eas appetunt, alii non. At si res appetenda eam naturam haberet, ut appetentem cogeret, & motus ab ea inderetur, necesse omnino esset eam appeti ab his quæ appetendi vim haberent: quamuis alia magis, alia minus. Ae ne appetitio quidem illa esset, sed impulsio aut attractio violenta, qualem in corporibus eernimus. Nam appetitio extensio quedam est, manente eo quod appetit, & non recessente: quemadmodum manus extensimus, quamuis loco non moueamur. Est igitur appetitio motus quidam noster intrinsecus: itemque *spacere recti opinio, & similia.* Verum is motus alias conuenienter ad rei appetitæ & opinatiæ naturam fit, alias ab ea recessit, cum nos ad aliquid appetendum ferri pu-

*Appetitio*

*rebus appetendum* non ita mouent, quasi si aliunde cicutetur, cum suggerunt susceptionem sui, idoneam ad *setur.*

*Decipimus  
spacere recti  
quo, bonisq-*

tam' cui plus inest quod auersari debeamus: quodque aliquid appetendum ostentat eliciendi appetitus causa, sed fugiendum aliquid in sece occultat, quod propter perplexitatem adumbrati boni, inesse non animaduertitur. Nam qui furatur, dum ad opulentiae simulacrum, ut rem appetendam seitur, rem fugiendam tali opulentiae adhærentem, quæ animum cum primis iniurium facit, neque nouit, neque veretur. Captiuitatem porro & supplicium, quam solam in hac appetitione calamitatem censet, obseruorem cupiditatis reiicit: illud vero amplectitur, multos qui talia faciant, non deprehendi.

*Res que appetitur, examinanda.*

Possimus igitur item quæ appetitur, examinare, si ne reuera talis, an simulacrum duntaxat appetendæ rei adumbratum habeat: ut modo de opulentia dicebamus. Atque illud magis etiam in nostra potestate est, ut nostram appetitionem etudiamus & doceamus, ea quæ proprie appetenda sunt, appetere, & simulacris non falli. Aduersus eos autem qui dicunt, quoniam appetitus appetentis, & opinio opinantis, suapte natura ad suum appetibile & opinabile feratur, non penes ipsum esse, ut sic contrauerteratur: sicut neque penes glebam sit deorsum ferrinam aliquoqui sursum etiam ferri posset. Aduersus hos igitur dicendum, duplcem esse necessitatem: vnam libertati voluntatis oppositam, alteram cum eadem coniunctam. Externa itaque libertatem tollit (nemo enim qui extrinsecus aliquid facere cogitur, aut nō facere, libere agere dicetur) Interna vero cogens omnia pro sua natura agere, hæc magis libertatem confirmat. Quod enim per se mouetur, pro natura sua moueri a se necesse est: neq; propterea ab alio mouetur. Neque enim extrinsecus necessitas ea prouenit, sed cum eius quod per se mouetur natura coniuncta est: eamque conseruat & ad suas actiones producit. Quod si habitus etiam melioris & deterioris sibi ipse causa est animus, propter obedientiam & contumaciam: actionum etiam causa, quæ ab habitu oriuntur, illerit ascribenda.

*Appetitus coerceris possit.*

*Necessitas externa.*

*Interna.*

*Habitus in potestate hominis.*

benda. Neque tamen in omnibus libertas & potestas nostra eo metienda est, quod, etiam contraria facere possit. Nam animi, bono semper affixi, bonumque amplectentes, liberum etiam delectum habent: (neque enim is delectus coactus est) & bono suo semper inhærent, neque ad contrarium vntquam abstrahuntur. Nostri vero animi dum quidem boni sunt, bona appetunt: cum vero mali sunt, mala. Itemque a vitio transeunt ad virtutem, si carentur: & a virtute ad vitium, si negligantur: atque utrumque faciunt arbitratu suo, nullaque necessitate coacti. Quare nullius vitii causa in Deū conferri

*Libertas non  
in contraria  
tantum, sed  
etiam in co-  
dem cervi-  
tur.*

poteſt. Etenim fecit animum qui malus fieri poſſit, *Cur DEVS  
ancipiſt ani  
eo quod non prima illa tantum condidit, sed media mo fecerit  
etiam & postrema: vt ita omnia perfecta redde-* hominem. rentur, & prima vere manerent prima, non autem extrema sterilia, imbecilla euaderent, materieue permiscerentur. Fecit igitur animum qui malus fieri poſſet, Deus qui bonus eſt, ob diuitias ſuę, bo-nitatis. Nec tamen aliter cum fieri malum paſſus eſt, niſi ipſe voluſet. Aduersus eos autem qui dicunt fatali conuersione non actiones modo noſtras, *Animus or-  
tus & into-  
ritus expers,  
a fideribus  
cogi nequit,* ſed & appetitiones cogi, nec quicquam liberum nobis relinqui, ne libertatem aliud niſi nomen inane esse, dicendum eſt: ſiquidem rationis particeps animus, ortus atque interitus expers ſit (quod nunc ut concessum ſumatur, demonſtrandum alibi licet Stoici aliter de eo ſentiant) ſi igitur ortus atque interitus expers ſit rationis capax animus, ipſe a mobilibus caulis effici atque affici dici non po-teſt. Sed instrumentum eius, hoc eſt animal, quod eſt corpus vita particeps, hoc inde commutatur. Mobiles enim cauſe pro diuersa ad terrena habitu-dine, alias alia efficiunt: instrumentum vero producit aptum animo, qui eo eſt vſurus. Vrigitur e discriminē instrumentorum artis, vſuros eis arti-fices cognoscere licet, haec eſſe fabri lignarii, illa ædificatoris, illa fabri ætarii: neque ſic in genere tantum, ſed & habitus videntium eis artificum, &

*Corpus ani-  
mo cuiq; pro  
meritis at-  
tributum. &  
ſtrum eſt ob-  
noxium.*

*Ex instru-  
mentis con-  
iectura fit  
de artifice.*

artis actiones atque opera dignosci possunt (nam qui in artibus excellunt, etiam in instrumentis melioribus vtuntur) sic astrorum periti, instrumenti naturam e causarum discrimine perspicientes, etiam de habitu eius qui instrumento sit vsurus, conjecturam capiunt, ac frequenter scopum attingunt. Nam plerique animi, in corruptis praesertim iebus publicis, in quas onerati vitiis, amissa pristina dignitate contrahuntur, cum sese instrumentis effusius dediderunt, iis non iam vt instrumentis suis, sed vt sui partibus vtuntur: itaque suas appetitiones proferunt corporibus accommodatas. Ad haec, fatalis conuersio consentanea est productioni animorum, qua conuersione animi corporibus inseruntur, non ita quidem vt ea cogat animos haec aut illa appere, sed vt cum corum appetitionibus consentiat. Quemadmodum igitur in urbibus sacra tempora & loca religiosiores homines eodem congregant: ad populates vero voluptates idonea, eos qui peius viuunt & petulantius, contrahunt: atque ita locis & temporibus etiam de appetitione & habitu eorum qui conueniunt, capi conjectura potest: sic etiam e temporibus & locis fatalis conuersionis, de animis qui ei conuenienter generantur, pronuntiare licet. Cum enim pro vtrice diuinæ bonitatis forma habitudo fati congruens huic loco fuerit: tum in eum locum animi, qui suppicio egent, demittuntur. In omnibus enim vim congregandi similitudo & necessitudo habet. Fatum igitur, cum appetitiones animorum non cogat, neq; libertatem tollat, sed ipsi animi nunc cum hoc, nunc cum alio fato consentiant, & pro sua dignitate paratis instrumentis, quod modo dicebam, conformentur: non mirum est, quas appetitiones habituri sint, e fatali conuersione cognosci. Ac vitæ quidem genus amplectuntur animi pro suæ prioris vitæ dignitate & habitu. Vita autem bene aut male vtendi facultatem in semetipsis habent. Vnde fit, vt nonnulli mercatoriam amplexi vitam, bene viuant: & qui philosophiæ

*Vita genus  
necessariū,  
sed ratio vi-  
ta ac morū  
libera.*

phæ studium præ se ferunt, turpiter segerant: quod: vitæ quidem genus ipsum, veluti rusticum aut mercatorium aut Musicum, tum ipsi animi sorti- qntur, tum locum eis pro dignitate assignat Deus: vitæ autem qualitatem, animi suo arbitratu adiungunt. Prinde & tandem inueniunt, & comprehensi- onem incurunt, pro diuersa vita ratione.

Ac ne improbum quidem quicquam a fato inseritur, vt Siderū vim quidam affirmari non dubitant: eo quod callidi, perse bona, puerorum amatores atque adulteri nascantur. Et si enim quidam astrologi vere hæc prædicunt: id eo se ac virtus, accidit, quod nos talem proprietatem inde ortam, vel moderate vel immoderate suscipimus. Etenim mentis depravatio & calliditas & sedam libidi- nem gignit. Nam qui siderum impressionem mo- derate suscipiunt, adolescentiam tuentur: deque ea bene merentur, qui vero immoderate, pestes eius & corruptores evadunt. Nam & qui solares radios oculis non conniuentibus intuerit, obscurato visu occurratur: quamuis Sol largitor sit luminis, au- thorque videndi omnibus. Cum igitur astrologi alicunde cognoscunt, qui moderate, qui immoder- ate vim illam suscepunt sint: alios prudentes, ali- os callidos fore dicunt: si modo fieri potest, vt ha- rum rerum certæ notæ, & figurarum illis delineati- onibus cognoscantur. Alia certe quidem perspicua sunt omnibus: cuiusmodi illud est, quod sole Can- crum peragrante, immoderato calore atticimur. alia obscura & ignota iis qui artem ignorant astro- logicalam. Nam ea quæ semper naturam suam se- quuntur, & vim ab opifice inditam tuentur, sum- maque potentia prædicta sunt: omnia voluntate etiam habere bonam, & nullius mali esse cau- sam, constat. Omnis enim malitia ex imbecillitate oritur: siquidem vires bonum quiddam sunt. Ve- runtamen bonorum etiam s̄epe affluentia & copia iusto maior, nocere solet. Atque hæc iis responsa sint, qui proper fatum voluntatis libertatem tolle- re conantur. Nunc aduersus omnes dicatur, eos qui

Siderū vim  
perse bona,  
imbecillita-  
te ac virtus,  
materia cor-  
rumpi.

*Absurda  
qua fatalē  
necessita-  
tem conse-  
quuntur.*

*Animi mo-  
tio.*

*Animi vi-  
res.*

*Discrimen  
virtutum  
& vitiorū.*

*Premia &  
paena.*

*adserāxen,  
id est, volun-  
tus coacta,  
non tollit li-  
bertatem.*

*Qui sine af-  
fusus agit,  
non sit, ad quod necessitate ferimur: tamen deteri-  
ori collatum optabile videtur, itaque id amplecti-  
non agit, sed mur, neque fieri potest, quicquam vt agas, nisi pri-  
agitur.*

id quod in nostra potestate est, & animi libertatem tollant, naturam animi & ignorantem & tollere. Nam illius motum per se, tollunt: in quo natura eius in primis consistit. Siue enim per se mouetur, intrinsecus semetipso excitatur ad appetitiones & cupiditates: nec extrinsecus alicunde trahitur aut impellitur, vt corpora: siue extrinsecus mouetur, per se non mouetur. Deinde vitalem animi vim, & assensionem & negationem non considerant iij, qui voluntatis libertatem tollunt. Quis enim in se ipso non animaduertit, se velle & nolle? amplecti & declinare? assentiri & refragari? quæ omnia interni sunt ipsius animi motus, non externæ quædam impulsiones & tractationes, vt in rebus inanimis. Hoc enim viua corpora differunt ab inanimis, quod intrinsecus mouentur. Quod si verum est, id a quibus illa mouentur, per se & non aliunde mouetur. Nam si extrinsecus illud moueretur: etiam corpus primum ab eo moueretur, quod extrinsecus, vt ante dictum est, & non intrinsecus moueret. At si extrinsecus moueretur: consimili modo, vt reliqua inanima, & ipsum esset animæ expers. Præterea qui libertatem tollunt, qui velle & nolle, qui delectum (*αἰσθήσις*) & consilium (*εὐθύνη*) qui appetitionem & declinationem similesque animorum motus tollunt, simul discrimen etiam virtutis & vitii tollunt, ne laudatione aut vituperationem iustum relinquent, atque etiam bonas leges hisce de rebus latas euertunt. His vero sublatis, vita cuiusmodi est futura? Quid ab immanitate beluarum distabit? At dicat aliquis: nonne saepe a tyrannis aut nostris affectibus, amore atque odio coacti, alia atque alia suscipimus, aut admittimus, non volentes? Quo pacto ergo tum potestas nostra & libertas cernetur? Respondeo, tum etiam delectum sui iuri esse. Quamuis enim principaliter id optabile non sit, ad quod necessitate ferimur: tamen deterius agit, ori collatum optabile videtur, itaque id amplecti non agit, sed mur, neque fieri potest, quicquam vt agas, nisi prius agitur.

us afferens te factum esse. Nam qui non consulta  
aliquid facere videtur, ut qui nolens in siveam in-  
cidit impulsus ab alio: is inanimæ rei instar id fa-  
cet, ac pari quam agere verius dicitur. Quare licet  
inuiti agamus: tamen sic agere volumus. Proinde  
eadem necessitate proposita, aliij maioris mali me-  
tu id suscipiunt, quod imperatur: aliij non suscipi-  
unt, quod maius malum existimant id facere quod  
iubeantur, quam pœnas contumacibus propositas  
subire. Sic in iis etiam qui inuiti aliquid agere vi-  
dentur, potestas & libertas nostra manet. Nec enim  
idei est voluntarium, & id quod in nostra pot-  
estate est: sed voluntarium id est, quod præcipue ex-  
petitur. In nostra vero potestate, quod amplecti  
possimus, siue propter se, siue ob mali grauioris  
fugam. Fit etiam interdum, ut voluntarium cum *Misera nece-*  
*inuito misceatur: cum res expetenda, non plane state ve-*  
*expetenda fuerit, sed & eius particeps quod auer-*  
*luntas.*  
scitur. Hanc quasi misturam voluntarii & inuiti  
probe descripsit Homerus, cum ait: Volens, inui-  
to peccore quamvis. Hac copiosius exponere vo- *Hac silon-*  
lui, quod omnis sere propositus sermo ab eorum gior videbi-  
diuisione pendet, quæ in nostra potestate sunt, & *turatio,*  
non sunt. Nam cum is ad institutionem animi per- *cum magni-*  
tineat: bene statim initio, vbi nostrum bonum & tudine *utia-*  
malum sit collocandum, exponit. Et quia nostra *listas com-*  
pte sponte mouemur, id in actionibus nostris ha- *paretur.,*  
bere nos docet. Nam quæ aliunde mouentur, ut  
naturam, sic & bonum suum & malum aliunde  
habent, pro ea affectione quæ extrinsecus eis acce-  
dit. Quæ vero intrinsecus mouentur, cum sui mo- *Homo bonū*  
tus & actionis sint causæ: bonum quoque suum & *suum in so-*  
malū in iis habent, eorumq; propriæ actiones sunt, *meti po-*  
in cognitione opiniones de rebus, in facultate vitali *sitū habet.*  
& appetendi vi appetitiones, declinationes & desi-  
deria. Quare cum recte opinamur, cum ita vti de-  
cet appetimus & declinamus, & bonum nostrum  
& naturæ conuenientem perfectionem habemus:  
sin minus, contraria. Peculiaria vero nostra sunt

*Animi fun-* opera hæc, vt quæ a nobis solis arbitratu nostro perficiantur. Nam rerum externarum actiones sive artium, siue necessitatum vitæ, doctrinæ item & disciplinæ, & si quid his est præstantius, multis egens adiumentis. Opinari autem & persequi, nostra propria sunt opera, & in potestate nostra sita. Quare in nobis ipsis bonum & malum nostrum situm est. Nemo enim ea præstare cogitur, quæ in sua potestate non habet.

## E P I C T E T V S.

*In nostra potestate non sunt, corpus, possessio, gloria, principatus, quacunque denique nostra opera non sunt.*

## S I M P L I C I V S.

*Animus ad* HÆC in nostra potestate esse negat, non quin res fortuitas animus ad hæc quoque & horum contraria aliquid multum cō- conferat (nam & corpus, & res familiaris, animo fert, sed non procurante, pulcrius gubernantur: destituent, peius: idemque animus suo studio & gloriam & principatum parat. imo ne magistratum quidem gereret quisquam, in his præsertim rebus publicis, animo non assentiente) sed quod his rebus non solus ille dominetur, & ad ea consequenda multis aliis adiumentis egeat. Nam corpus suum a primo sui ortu semen, & sanam coagulationem flagitat: flagitat & bonum victum, & excitationes, salubriaque loca, salubre aërem, & aquas bonas. Quæ si omnia suppetant, fortius id ad cuiusvis munera functionem efficere licet. Neque vero quicquam horum nostri arbitrii est, vt ea omnino vel consequamur omnia, vel propulsimus. Hostibus certe ingruentibus fortioribus, nos a nemine conspicit: ægrotantes, subito conualescere vellemus. Neutrū tamen horum nobis datur. Eadem est & opum ratio: ad quas parandas ut multorum auxiliis est opus, sic eadem a multis potentioribus immuni

*Corporis ro-*  
*bur unde.*

*Opes.*

nui possunt. Existimatio quoque de nobis, non sita est in nobis, quamvis occasiones quasdam ei præbeamus ipsi, sed in iis qui de nobis existimant. Penes eos enim est, existimare quicquid velint. Itaque sœpe cum numen impie violent: & sibi ipsi & aliis religiosi videntur. Contraque alii, qui honestius & magnificientius de numine sentiunt, & humana quædam & imperfecta de eo profiteri recusant, a nonnullis impi existimantur, & frugi homines quidam batdos existimant. Ita nec gloria nostri arbitrii est, sed illorum quibus hoc aut illo modo sentire de nobis libuit. Nam magistratus sine populo qui pareat, & ministri qui operam nauent, constare non potest. In quibus vero ciuitatibus vanales sunt magistratus, rursumque auro addicuntur: inops pecunia nulos ad magistratus habebit aditus, quantumuis eos appetat. Sic ista omnia non in potestate nostra sita sunt, quia non sunt actiones nostræ. Primo autem loco in divisione recenset corporis, *Corpus egag-  
quod propter id iis egere coepimus, quæ in nostra statio, ege-  
potestate non essent. Omnia enim bellorum pe-  
stas bellorum  
cunia causa est, quam ob viictum & cultum corporis causa.  
asciscere cogimur.*

FAMA.

*Magistra-  
tus.*

## E P I C T E T V S .

**A**C en quidem quæ nobis parent, libera sunt na-  
tura sua, nec prohiberi ab ullo, nec impediti pos-  
sunt. In qua autem ius ipsi nullum habemus: ex  
infirmis, obnoxia seruituti, obnoxia impedimentis,  
aliena.

## S I M P L I C I V S .

Postquam dixit, quæ nostra, quæ aliena sint: *Libertas.*  
nunc cuiusmodi vtraque sint, declarat. Nostra esse  
libera, quod neque ut hiant, cogi ab aliis: nec quo  
minus hiant, prohiberi possunt, neque aliis iis trea-  
di potestatem haber. Talis enim est libertas, quæ  
sui iuris est, & potestatem habet sui usus. Alienæ

vero, iis obnoxia, qui ea vel præbere vel prohibere possunt, dominos illos habent, iisque seruiunt. Ac ea quæ seipsis contenta sunt, robusta & firma sunt. Quæ vero alienam opem desiderant, imbecilla & egena. Illa prohiberi nequeunt, cum sui iuris sint. Quis enim nos prohibebit hoc aut illo modo opinari, appetere, auferari? Alienæ vero, quæ ab aliis & conferri & auferri solent: sëpe quoque prohibentur, cum vel non tribuuntur, vel admuntur. Constat igitur ea quæ in nostra potestate sunt, ut sunt nostræ actiones, nobis esse propria. Quæ vero penes nos non sunt, in aliorum sita potestate: ea esse aliena. Quare bona & mala, quæ in nostra potestate sunt, ut recte sentire, aut male, recte appetere vel perperam, nostra bona sunt aut mala. Quæ vero in nostra potestate non sunt, nostra nò sunt: sed partim corporis, instrumenti nostri: partim pecuniarum aut gloriolarum, remotiora etiam a nobis.

## E P I C T E T V S.

**P**roinde memento, si ea quæ natura seruiunt, libera purari, & aliena pro tuis habueris: fore ut impediatur, lugeas, perturberis, & Deos & homines accuses. Si id solum tuum existimaris, quod tuum est: aliena vero, ut sunt, aliena: nemo te coget unquam, nemo impedit, neminem accusabis, neminem criminaris, nihil quicquam inuitus ages, a nemino laderis, inimicum non habebis. Neque enim quicquam capies detrimenti.

## S I M P L I C I V S.

Postquam exposuit quæ in nobis sita sint, quæ non sint, & cuiusmodi utraque sint, & quam nobiscum collata rationem habeant: & quæ in nostra potestate sint, ea esse nostra: quæ non, aliena: deinceps monet, ut ea administremus, quemadmodum natura eorum fert, & non alio modo. Nam hæ nobis felicitatis & misericordiae causæ sunt. Bonis potiri,

&amp; in

& in nullum malum incidere, beatos facit. Bonis & vtilibus rebus excidere, aut in noxias incidere, infelices. Quod si bonum nostrum in eo situm est, ut naturae conuenienter appetamus & declinemus: hæc vero in tebus nostri arbitrii sita sunt, in his bonum est quærendum, vt omnino consequamur id quod querimus, (propterea quod eius adeptio penes nos est, siquidem appetitio & declinatio penes nos est) & nostrum bonum consequamur. Si ea qua penes nos sunt appetiuferimus, & in iis bonum quæsiuerimus: bisariam nos frustrari necesse est: uno modo omnifariam, quod, et si ea consecuti suerimus, non nostra tamen bona consecuti sumus: altero, quod plerunque frustrari necesse est eum, qui aliena tanquam sua querit, quique ea desiderat quorum potestas in aliis sita est. Accidit igitur, ut in his etiam appetitiones impedianter, & turbulentur, non recta via progredientes cum dolore vertique & luctu. Ut enim rerum expetendarum facti compotes, & evitatis contrariis delectamur: sic rebus expetendis frustatos, aut in auersandas delapsos, dolere necesse est, & queri de autoibus earum rerum, alias de hominibus, alias de iis qui vniuersitatem administrant. Aliud quodque malum nobis accedit. Nam cum ea nobis eripiuntur quæ nostræ iuriæ non sunt, dum iis afficiuntur, ea etiam amittimus quæ in nostra potestate sunt, quæque nobis eripere nemo potest: rectum appetitum, & rectam declinationem. Expositis igitur malis quæ hanc perversionem sequuntur: nunc ait, si recte nostra & aliena tractauerimus, & non aliena, sed nostra bona, & in nostra sita potestate amplexi fuerimus: hoc est, si operam dederimus, vt secundum naturam appetamus & declinemus: fore vt nemo prorsus nos cogat aut impediatur sic appetere & declinare, siquidem id nostri arbitrii est. Quod si ita est: nunquam etiam dolebimus. Nihil enim aliud nobis est molestum nisi duo hæc: frustratio eorum Frustatio. quæ volumus, & eorum quæ nolumus perpeccio. Perpeccio.

lis autem intenti rebus, quæ penes nos sunt, nequæ villa re frustrabiliur quam desideramus: neque in villam incidemus quam declinamus. Itaque neminem vñquam timebitus: si quidecim eos timemus, qui aut nobis nocent, aut commoda nostra intervertunt. Neque vero quisquam adeo robustus est, ut appetitiones & declinationes, in quibus bonum & malum situm est, eius qui rationi congruenter vivit, cogat.

*Inimici.* Quare nec inimicum quenquam habebimus. Inimicus enim iudicatur, qui nocet. Nemo vero ei nocet, cui ab alio noceri non potest. Talis igitur neque expostulabit cum quoquam, neque accusabit quemquam: atque etiam nihil vñquam faciet inuitus. Hilaris igitur, secura, libera & vere beata erit talis hominis vita, perturbationis expers, plena voluptatis. Obseruabis igitur, quemadmodum ostendat, viri boni & sapientis vitam non modo utiliorem esse quam aliorum, sed etiam iucundiorum.

*Voluptas.*, , , Nam Platone auctore, Omne animal natura & voluptate dicitur, & molestias auersatur. Res autem iucunda partim cum bonis & utilitatibus nostris coniunctæ sunt, partim cum malis & damnis. Proinde hic vigilandum, ut voluptates utiles diligamus, & hisce assuescamus. Modestiam enim bono viro suauorem videri, quam luxuriam improbo, illud ostendit, quod multi improbi modesti sunt.

*Dolor.*, , , Qui vero ratione & cōsilio modesti sunt, nunquam luxum amplectuntur. Enimvero nisi talis vita modestis insigniter iucunda esset: non eam ultro amplectentur, nec in ea suauiter acquiescerent. Vitam igitur viri boni & sapientis iucundiores etiam esse, demonstrat e vita ratione eorum voluntaria, impedimenti & iniuriarum experte, qui bonum & malum in iis rebus solis, quæ in nostra potestate sunt, collocant.

### E P I C T E T V S .

*C*um igitur tantas res appetas, sic eas suscipiendas esse memento, ut sis non mediocriter incitatus: sed alia

sed alia prorsus relinquit, alia in aliud tempus differunt. Quos si & hac (philosophicam animi tranquillitatem) & magistratus atque operes etiam appetitus, fortasse nec hac consequeris ob priorum illorum (felicitas in animosita) desiderium: illi certe quidem omnino excides, per qua sola libertas & felicitas comparatur.

## S I M P L I C I V S.

Postquam ostendit quibus in rebus bonum sit positum, in iis nimurum quae in nostra potestate sunt: & qualis eorum vita sit futura, qui id bonum inde pertant, non autem a rebus externis & alienis: & in ademptione boni eam nullo modo impediri posse & prohiberi, nulloque damno esse violabilem, ut quae nullis noxiis rebus aditum praebat: quae non vellist tantum, sed & iucunda sit: cuius nec appetitio impediatur, nec declinatio in aliquid aduersum incidat, sed ab omni parte mali perpetuo expers & beata: nunc studium & alacritatem auditoris excitat, monetque tantas res non modo non obiter tractandas esse, sed dum iis occupatus sis, nihil aliud vel obiter agendum. Quapropter plane relinqui iubet ea, quae cum animi ratione prædicti Relinqua.  
vita, naturæ consentanea, non consentiunt: cuiusmodi sunt, sordidae diuitiae, principatus, imperia, deliciae & voluptates corporis, quod fieri non possit, ut idem & his rebus occupetur, & animo exco<sup>l</sup>endo studeat, differri vero eas res externas iubet, Differenda. quae prudenter tractatz, bonis animi non officiūt: cuiusmodi sunt, parare domum & seruitium, legitima nuptiaz, ingenuorum liberorum procreatio, iustus magistratus, aliquando etiam rerum necessiarium curatio. Hæc omnia, & id genus alia, in præsencia esse differenda, monet studiosos, idq; meritissimo: quod nullis omnino rebus eos distrahi oporteat, & a studio virtutis atq; exercitatione abstrahiri, qui eam perfecte consequi cupiunt. Ac cum quae res externas non populariter, sed more viri boni ad-

ministrare voluerit : ea prudentia esse præditum oportebit, qua res utiles & noxias discernat, & brutas appetitiones rationi obedientes præbear, vt nec insurgere illas aduersus hanc patiatur, nec moueri sinat, nisi ob eas res appetendas quas ipsa iussit, & quando, & quatenus: & ad illas res excitari, intra præsumtum ipsis modum. Peccata enim existunt aut ratione quid fieri debeat, non dicitante, ob prudentiam penuriam: aut ea quidem quamuis languide, tamen perspiciente quid facta sit opus, sed brutas appetitionibus, ob neglectam institutionem, tyrannice aduersus languidum rationis iudicium insurgentibus. Talem tragedia Medeam depingit:

Ouidii Me-  
dea:

Aliudq; cu-  
pido.

Mens aliud  
suades. Vi-  
deo meliora,  
probog;

Deteriora  
sequor.

Nemo simul  
& veritas;  
& vanitati;  
seruire po-  
test.

Scio nefas quod, & quod in scelus ruam:  
Sed ira mentis omne iudicium premit.

Ad verum igitur externarum rerum usum & ingenio doctrina exculta, & appetitu moderato atque subacto est opus. Sic hisce veluti firmissimis armis munitus, par tempus tales res suscipere poterit. Quapropter studiosos homines monet, vt res externas quæ cum virtute congruere possint, in aliud tempus differant, donec virtutem videntiis, continent exercitatione compararint. Neque enim ad bellum inermem abire decet: neque res gerendas absque prudentia & moderatione animi suscipere. Epictetus vero non modo inutile, sed inane etiam esse ceteram qui adhuc erudiuntur, rerum externarum studium pronuntiac. Animi enim moderatione & appetitionibus ac declinationibus ratione moderatis, per quas solas hominibus libertas & felicitas pariuntur, excedere omnino necesse est eos, qui & appetunt & declinant ea quæ non sita sunt in potestate nostra. Necesse enim est seruire brutis cupiditatibus, tanquam agrestibus & furiosis dominis. Seruendum item est hominibus, qui talia desideria & explore & prohibere possunt, ne prohibeant: iis item, qui in res fugiendas coniicere possunt. Adhæc, subtrahendo curandi nostras res otio, rerum externarum occupatio omnino in causa est,

sa est, ut nostris bonis excidamus. Nam qui vtraque  
expetunt, & vtrisque student: nec discernunt bona  
& mala, neque iustam curam suis bonis impen-  
dunt, nec legitimo studio non adhibito iis potiri  
poterunt. Fit etiam sere, ut externis quoque bo-  
nis fructentur, non iis solis occupati scilicet, sed  
aliquo modo sua etiam bona desiderantes: neque  
toto peccore quidvis & facere & perpeti, propter a-  
deptionem eorum volentes, retrahente verecundia  
quamad. Etsi autem talis vita minus prava est,  
quam eius qui vnicet rebus externis incumbit: la-  
boriosior illa tamen, atque insuauior est, & dum  
abhorrentia nexum, connectere studet, secum ipsa  
pugnat, crebro peenitet, frustratur vtrisque dum  
vtraque confestatur, molestia vtrique & aucteranda.  
Est autem obseruatione dignum, cur Epicletus de-  
inceps crebro vtatur verbo M & M N T O, quoratio-  
nibus compotem animum compellat, qui rationes T O.  
serum semper coniunctas secum habet, eatumque  
innatam veritatem: sed aliquando velut deficiente  
acie ob distractionem natalitiae eius facultatis, in  
oblivisionem ruit, quæ ipsi malorum omnium causa  
est. ideoque flagitat, ut M E M E N T O crebro ei in-  
culetur. Cum non mediocriter incitatum esse o-  
portere dicit, cum quicq[ue]ntas res appetat, non hoc  
vult, non supra modum atque immodece, sed non  
infra modum, non minus quam par sit, incitatum  
esse oportere. Nam si periculum certe, ne suis bonis αγότανελ-  
excidas: periculum certe (vt ait Pindarus) ignavum κινέ φάγε  
vitum non admittit.

*Miseria ab  
hac studiis  
diffribit  
animi.*

*Non medio-  
criter.*

*λαμπεῖσσα.*

## E P I C T E T V S.

P roinde visu cuiuslibet aspergo sic occurrere statim af-  
fuerisco: visum id esse, nec plane id quod esse vi-  
deatur. Post in exquirendo & probando eas adhibito  
regulae, quas habes, eamque in primis & maxime. Vi-  
sum id visum veretur in rebus nostra potestatis subie-  
ctis, an alienis? Quod si in alienis, illud in prouinciis  
pribili ad te attinera.

S I M P L I C I I  
S I M P L I C I V S.

Postquam monuit, cum qui suis potiri bonis,  
& propriam sibi felicitatem comparare velit, non  
distrahi oportere rebus externis, cum iis etiam qui  
sua curant, visa quædam occurrant, quibus impulsi  
aut rem aliquam externam appetant, aut ea declin-  
ent quæ alieni iuris sunt: docet, quemadmodum  
his utendum sit, ne ea nobis noceant. Aspera vero  
visa appellat appetitiones & auersationes rerum  
externarum, ut quæ brutæ sint & vœcordes, quæque  
immoderatis & perturbatis commotionibus vere  
exasperent vitam. Quod autem in iis quæ sequun-  
tur apertius monet, ne statim sequamur quodvis  
visum, siue appetens siue declinans: idem nunc  
quoque dicit, statim ei ubi commotum fuerit, esse  
resistendum, eiusque impetum inhibendum, cogi-  
tando, visum id esse. Visa porro modores veras, ve-  
reque utiles & iucundas repræsentant, modo inania  
simulacra ceu somnia communiscuntur. Hac ipsa  
igitur cogitatione visi contentio laxatur, cum sta-  
tim opponimus, rem non esse talem, qualis esse vi-  
deatur: nec rationis iudicium impediat, quod iudi-  
cium, cum primum visi tempestas remiserit, asperi-  
tate imminuta, ad rem illam cōsiderandam monet  
esse adhibendum. Regulæ autem visa iudicandi

*Regula visa  
iudicandi.*

sunt multæ, quæ sumuntur aut a natura visorum:  
an scilicet ad animi, corporis, fortunæ bona per-  
tineant? item, ad utilitatemne, an ad voluptatem  
referantur? sicerne possint, an securus? aut a Dei cum  
primis & prudentiis hominum auctoritate, ali-  
quid probantium aut improbantium, magnificen-  
tiuum aut negligentium. Quicquid enim Deo

*Luxuria &  
iniuria Deo  
non placent.*

& cordatis hominibus probatur: in eo tique est  
sua salutis studio elaborandum. Nemo autem  
adeo est aut amēs, aut suarum cupiditatum amans,  
ut existimet luxuriam aut iniuriam placere Deo.  
Cum autem multæ sint regulæ, quibus visorum di-  
scrimina diiudicentur: una est hominum, quatenus  
homines

homines sunt, propria, qua nobis communiter in omnibus est vtendum: illam dico, quæ pendet ad divisione rerum nostrarum & alienarum. Nam si vi-  
sum rei quæ nobis offertur, siue appetendæ, siue de-  
clinandæ, non in nostra potestate est, rectum est in-  
telligere, & statim dicere eam nihil ad nos attinere.  
Nam cum nostri arbitrii non sit, neq; bonum neq;  
malum nostrum esse potest, ob libertatem volun- *Libertas*  
tatis, quæ propria est naturæ humanae prærogativa.  
Omnino enim cum talis natura in natura rerum  
exstitisset: aliter fieri non potuit, quin penes ipsam  
& bonum eius & malum esset.

## E P I C T E T V S .

**A**ppetitionis eum finem esse memento: ut id quod  
auersio, conseqquare: auersationis, ne in id inci-  
des, quod declines. Is porro quem appetitio frustratur,  
infortunatus homo est: qui vero in id incidit, quod  
auersatur, calamitofus. Itaq; se ea solum auersere, qua  
natura rerum sua potestati subiectarum repugnant:  
in eorum qua auersarie nihil incidet. At si morbum  
auersarie, aut mortem, aut inopiam: calamitatem  
subibis. Auersationem igitur ab iurebus amonebis o-  
mnibus, que in nobis sita non sunt: appetitionem au-  
tem hoc tempore prorsus aufero. Nam se ea qua nostri  
arbitrii non sunt, concupieris: frustrari necesse erit.  
En vero qua nobis parent, quantum honeste possint ex-  
peti, nondum es affectus. Sed et tantum motu animi  
visitator, quo vel ad eures accedit, vel ab iisdem rece-  
dat: verum leviter, & cum exceptione, & remisse.

## S I M P L I C I V S .

Hoc quoque cum eo quod antecellit, cohæret:  
quo demonstrat, ea quæ appetenda videantur, face-  
re nos votorum compotes & beatos, adhibita re-  
gula rerum quæ nostri aut alieni iuris sunt. Simi-  
nus: voti impotes & calamitosos. Ac primum ex-  
plicat, quo nam voti compotes & fortunatos di-

camus, quos infortunatos & calamitosos. Item declinationis promissum & finem esse, non incidere in id quod declinet: idque fortunatum esse. Sicut infortunatum, id quod desideres non consequi, prompte quod consecutus non sis. Calamitosum vero, fortunato contrarium, est incidere in id quod fugias. Nam asscutus quidem es aliquid, sed malum es asscutus His probe distinctis, subiicit ordine: sica sola declines, quæ repugnant eorum naturæ quæ in tua potestate sunt, cuiusmodi est intemperantia, iniuria, & id genus alia, quæ vitare tui arbitrii sit, fore ut in nihil eorum incidas. Itaque neque calamitosus inquam eris. Morbum autem, aut paupertatem, aut aliquid aliud quod nostri arbitrii non est, si declines, quia penes te non sit ista effugere: necesse esse, te aliquando in ea incidere & infelicem fieri. Eodemque modo si ea desideres, quæ tui arbitrii non sunt: necesse esse sæpe frustrari, non potius eo quod desideres. Si vero appetitio & declinatio in tis versetur quæ in nobis sita sint: nunquam frustratum iri nos, nunquam calamitatem subituros, sed semper fortunatos fore, votorumque compotes. Oratio porro sic inter se se cohæret. Qui in rebus in nostra potestate non sitis, appetitionem & declinationem collocat: is & rebus desideratis sæpe frustratur, & in eas incidit quas declinat, propterera quod ea in aliorum potestate sunt. Talem autem infortunatum, calamitosum, ærumnosum, infelicem esse constat. Vide autem quam Socratica hæc ratio sit, & ad captum auditorum accommodata, qua appetitiones nostræ ad res meliores & pulchiores traducuntur. Nam omnes, tam mali quam boni, felicitatem in eo collocant, si & optatis suis fruantur, & ea quæ oderunt effugiant. In eo autem differunt, quod viri boni vera & sincera bona atque commoda expetunt, & vera mala atque incommoda auersantur. Nam ratio est, quæ in eis iudicet, & brutæ appetitiones eorum assuefactæ sunt ut rationi pareant, iucundaque existiment ea quæ

*Omnibus in  
terris quæ  
sunt a Gadi-  
bus usq; An-  
torum &  
Gangē, pau-  
ci discernere  
possunt. Quæ  
sunt vera bo-  
na, atq; illis  
diuersa, re-  
mota Erro-  
ris nebula.*

quæ ratio probat. Vulgus autem hominum, quod & rationem neglectam habet, & brutas appetitiones ob continentem motum exercitatas, voluptate res appetendas metitur, non utilitate & in voluptates incidit sœpe molestiis non adeo dissimiles. Ac ne voluptates quidem illæ proprie sunt, sed velut umbrae quædam voluptatum & simulacra. Omnes tamen, ut dixi, felicitatem & successus in adiectione desideratarum rerum ponunt, & in euitatione fugiendarum. Preceptio igitur hæc etiam improbis demonstrat, si neque appetendo frustrari, neque declinando impingere velint: ut in rebus quæ nostri arbitrii sunt, utilia desideria, & noxias auersationes collocent. Nam si ea quæ nobis non parent, desiderant aut declinarint, & frustrari eos necesse erit, & subire calamitatem: quod & ipsi fugiendum esse censeant. Ausus igitur declinationem ab omnibus iis quæ in nobis sita non sunt, & in ea transfer, quæ eorum naturæ quæ in nobis sita sunt, repugnant. Nam morbum quidem aut paupertatem si declines, quia non plane penes nos est effugere talia (etsi enim facultatem quædam habemus, quæ ad ea effugienda nonnunquam aliquid consent: tamen ea neque semper valet, nec satis virtutum habet) ideo necesse erit nos calamitatem subire, incidentes in ea quæ declinamus. Sin Epicteto paruerimus declinationem in ea transferemus, quæ eorum naturæ quæ nostri arbitrii sunt repugnant, ut declinemus falsas de rebus opiniones, & ea quæ vitam naturæ ac rationi consistaneam impediunt: quia penes nos est, effugere talia. Quare sola declinatione egemus, quæ penes nos est. Sed hæc perspicua sunt. Quomodo autem iubet omnum appetitum in praesentia tolli? Nam appetitus rerum quæ nostri arbitrii non sunt, sublatio, euidentem habet utilitatem: quia eas non consecuti, votorum impotes erimus, & moleste viuemus: & ut aliquando eas consequamur, neq; vrile nobis, neque proprium bonum consequemur. Cæterum auctor

*Appetitus  
tironum pa-  
riculosus.*

noster secus : bonorum quæ in nostra potestate sita sunt appetitione quamobrem interdicit ? Quia, inquit, quatenus hæc recte appetantur, nondum didicisti. \* Quis vero bono potiatur, nisi id appetat?

\* *Vide Annotationes.* Quod si bonum nostrum non in actionibus, sed in appetitionibus & declinationibus naturæ consentaneis situm est, qua ratione hortatur, ut in præsentia plane tollamus appetitum ? Fieri qui potest, ut homo sine appetitionibus viuat ? Præterea pugnare videtur hoc cum eo , quod paulo ante dictum est, cum diceret: In tantarum igitur appetitione rerum, memento te non mediocriter incitatum aggredi eas oportere. Neque enim de motu corporis loquebatur, sed de cupiditate & appetitione. Iam quo pacto rem prosequi possumus , sine appetitione ? Nam prius quam rem prosequamur , eam appetimus necesse est. Quid vero si ad tyrones & nouitios discipulos hæc verba pertinent, quibus appetere minime tutum est , priusquam didicerint quæ sint appetenda : sed prosequi rem & ab ea abhorrere satis est, pro ea propensione, quæ appetitionem & declinationem antecedit. Neque omnem fortassis appetitum rerum in nobis sitarum tollit, ut dicere videtur, quamvis discipulos alloquens: sed appetitus vehementiam improbat , ut & auersationis, quam permittit. Nam prosequi rem, & abhorrere a re leuiter & remisse iubet. Constat autem nos prosequi rem, vbi desiderauerimus : abhorrere a re, de clinando. Nam propensionem antecedit appetitio, auersionem declinatio. Et cum prius diceret : In tantarum appetitione rerum memento , non mediocriter incitatum eas aggredi oportere: non vehementem appetitum sualit , sed ea quæ ipse ordine subiungit, quædam prorsus esse relinquenda, quædam in aliud tempus differenda. Recte cauet igitur, ne si qui erudiuntur, vehementi propensione & auersione, appetitione item & declinatione, præ alacritate modum excedendo , & quasi septa transiliendo, vires eneruent. Hoc enim in plerisque & animi

*Appetitio-  
nis vehe-  
mentia mo-  
deranda.*

*Modus est  
pulcerri-  
ma virtus.*

& animi vigorem heberat, & corpora ante tempus consumit. Ac multis hoc iam accidit, qui importuna & immoda alacritate sunt exercitationem aggressi. Nam paucæ tum corporum tum ingeniorum natura sunt, qua subito a deterioribus ad meliora transire possint. Id quod Diogeni, Crateti, Zenoni, & similibus contigit. Plerique autem & labi paulatim, & erigi paulatim solemus, tam animis quam corporibus. Via enim media constantior & tutior animi vim & alacritatem cohibet, tuerit, paulatim que auger. Quare propendere & abhorrire leuiter & remisse iubet, ἀπομεινατε: hoc est, sic, ut non nihil laxetur, & non ad sumnum extendatur appetitus & declinatio, propensio & auersio. Nam qui a perulanti vita ad frugalitatem traducitur: non statim ad summam temeritatem & ieunium proficere debet, sed paulatim a priore vietu subducere sese: & vt Aureorum carminum auctor monet,

*Cedendo molire fugam, ne talia vincant.*

In cognitione quoque ii qui erudiuntur, visa non statim pro decreta amplecti debent: vt si mutanda sit forte sententia, non grauate id faciant. At vero si utrisque leuiter & remisse affici studiosis prodest: cur declinationem in ea quæ naturæ eorum, quæ in nostra potestate sita sunt, repugnant, transferri iuber? Appetitum vero in hoc tempore prorsus tolli? Eo ne, quod ij qui a prava consuetudine ad meliorem vitæ rationem transire incipiunt, primum euodem debent malæ vitæ venenum & dum demum bonæ vitæ cibis ali. Nam quod Hippocrates de impiis corporibus ait, quo magis alantur, eo magis calaudi: id de animis multo magis est verum. Nam prius inhærens improbitas bona oblata corrumpe & auersatur, alias vt molesta, alias vt noxia, alias vt inutilia & supra vites. Similque augetur, vt iudicio cōtemnere meliora videri velit, & sit insanabilis: vt denique meliores rationes & actiones, et si facile posset, non admittat. Peinde ac si quis in morbo regio mel amarum ratus, post etiam id gustare re-

σχηδίασα-  
ται δέ τις μὲ  
φανερούμε-  
νη πονία.

Repugnan-  
tius prius a-  
nimis, quæ  
alendus.

*Metiri se  
quemq; suo  
modulo ac  
pede verum  
est.*

cuset. Itaque ordo postulat, ut recta disciplina admittatur. Nihilominus tamen hæc oratio eos etiam qui erudiri incipiunt, ad hilaritatem, securitatem & libertatem præparat, ut suauem agant vitam, quam omne animal natura cum primis consecutatur. Etsi autem vacuitatem a perturbationibus omnibus appetere præclarum est, & vitam naturæ ac rationi consentaneam: incipientibus tamen sati sicut, moderari perturbationes, & cadere interdum atque resurgere. Tales igitur, ea quæ recte appetuntur consequi nequeunt. Hoc enim verba volunt: Nondum es consecutus. Si ea desideraris, quæ supra vires tuas sunt: & dolere te & frustrati necesse erit, interdum etiam remolleseere & animum despondere. Nam qui maiora suis viribus desiderant: hi modis omnibus sibi apta contemnunt, ea que comparatione maiorum respunnt. Neque vero magnis ante parua potiri licet: neque ante ea quæ commoderata nobis sunt, ad maiora penetrare.

---

### E P I C T E T V S.

**S**ingulas res quæ vel delectant, vel usui seruiunt, vel diliguntur, memento considerare cuiusmodi sint: exorsus a minutissimis. Si ollam agitas, te ollam agitare: ea conficta, non perturbaberis. Si filiolum aut uxorculam diligis, te hominem diligere: eo enim mortuo, non perturbaberis.

### S I M P L I C I V S.

Postquam ea diuisit quæ in nostra potestate sunt, aut non sunt, quorum illa propria, hæc aliena putanda: & quo pacto tractanda sint, edocuit: declinanda scilicet repugnantia naturæ, appetitionem vero in hoc tempore cohibendam, ob eas fortasse causas quas dixi: nunc cum iis etiam quæ in potestate nostra non sunt, sœpètendum sit, quomodo ea, quamvis aliena, sine tumultu & molestia tractanda sint, docet: trifariam partitus ea quæ in nostra

nostra potestate non sita sunt. In ea quæ nudā voluptatem præbent absque utilitate. talia enim sunt, quæ obligeant animum. In res viles & fructuosa: & in ea quæ obnecessitudinem & affectionem diliguntur, et si neque utilia neque fructuosa sunt. Nam hæc tria, voluptas, utilitas & naturæ necessaria caritas mortalibus difficultatibus affigunt animum. Delectantur autem alii aliis, nonnulli tragediis & comediis: nonnulli pugilum certaminibus, aut ludis Circensibus, rebusque similibus: alii saltatoribus, præstigiatoribus, mimis, ridiculis: alii spectaculis iucundis: hisque vel naturalibus, ut qui pauorum & animalium elegantiam, pratorumque vititatem, aut nemorum amoenitatem admirantur: vel artificiosis, ut qui picturis, statuis, ædificiis, aut aliarum artium pulchritudine obstupefcunt. Sunt & qui aurum dediti voluptribus, pulchris vocibus & Musico-rum instrumentorum sonis capiantur: & vero maiorem ii voluptatem capiunt, qui historiis & fabulosis narrationibus ( id quod a puero nobis insitum est) delinxi solent. Sunt & res viles ac necessariae non vniuers generis. Quædam enim sunt animis utilia: ut magistri, boni sodales, libri eruditæ, & similia. Quædam corporibus: ut cibi, vestes, exercitiationes. Alia sunt rerum externarum: ut principatus, prædia, pecunia, & id genus alia. Cara vero 3. Cara sunt: ob naturalem coniunctionem, et si nullum præbeant ysum: liberi, vxores, cognati, ciues. Horum igitur omnium, inquit, recordare, & in promtu habeto naturam qualis ea sit: nempe mortalis, ereptu facilis, non arbitrii nostri. Nam perpetua naturæ horum recordatio, erceptionis eorum est meditatio: tunc & cetera: quæ vbi assueveris, te, cum illa inciderit, perturbari suetudinem. Non sicut: sicut & alia consueta, quantumvis gravia, & corporibus & animis tolerabilia fiunt. Re-steautem & hic & in iis quæ sequuntur monet, a *Ab initio Qui bene summa petas, noueris esse viæ.*

frustratur, fractis viribus fit imbecillior, desperat. Qui vero a minimis incipit, semel vtiq; fit aliquanto robustior, fidentior & melior quam ante fuit: vti iam & paria facile superet, & paulo maiora tutius

*Sensim prava consuetudo corrigenda.*

aggregriatur. Nam qui eodem die quater edere consuevit, si torū iejunare diem statim conatus fuerit: & corpus mutatione subita turbabit, & ipse ærumnose molesteque viuet. Itaque talis progressio & periculosa, & inconstans esse consuevit. Sin a quaternario ad ternarium descenderit, eique assueverit: facile assuescerit bis, & multo facilius, atq; etiam tutius & constantius semel tantum edere consuesceret, Eadem est eorum quoque ratio quæ propter vsum diliguntur, si quis in paruis & parui momenti rebus assueverit naturam eorum in promptu habere, quamque facile possint eripi cogitare. Cuiusmodi est olla, ob vsum cara, eam esse fragilem. Quid vero est olla vilius? Ita paulatim progrediendo, & vires acquirendo, tandem etiam inter osculandum filium, non verbo tantum dicere, aut animo sibi fingere, sed per omnem ætatem ita sentire poterit, se hominem osculari, rem fragilem & caducam. Ita

*Sinistra cōstanter tenuerimus: alienis etiā imperabimus.*

vero sentiens, ita consuefactus: si is creptus fuerit, non perturbabitur. Obseruabis autem, vt prudens & artificiosa sit tractatio rerum: vtque ijs, quorum potestas in nobis sita non est, per ea quæ penes nos sunt, quasi nostri arbitrii essent, sit vlus. Nam arbitrii nostri non est, ne filius moriatur. Sed naturam eius in promptu habere, eoque cogitare, mori eum posse non minus quam viuere: non perturbari eo mortuo, & sic affectos esse, quasi mortuus non esset: illud, ne is moriatur, quod in nobis situm non est, efficit, vt in nobis situm sit. Talis enim dicere potest? Mihi vero filius non est mortuus: aut, quod verius est, vt mortuus sit, ego animo ita sum tranquillo quasi mortuus non esset. Recte autem rerum vtilium & cararum exempla posuit: tantum non digito demonstrans, eos qui omnino progredi cœpissent, plane aspernati oportere illa,

*Voluptas centennenda.*

quæ

quæ nonnullis solius delectationis causa studio  
uit.

## E P I C T E T V S .

**Q**uis aliquod aggressurus: ipse tibi subiicit, cu-  
mmodi sit illud opus. Si laudatum abieris, eati-  
bi quæ in balneo fiunt, proponito: alios perfundi, alios  
loco pelli, alios conviciari, alios furari. Sic tertiis rem  
aggrederis, si ipse tibi dixeris: Et statim lauabo, & in-  
stitutum meum naturæ congruens conseruabo. Idem  
hoc in quovis negotio faciendum. Sic enim, si quid im-  
pedimento lauationi tuae fuerit: in promptu erit: Equi-  
dem non hoc solum volui, sed & institutum meum na-  
tura consentaneum tueri. Neque vero turbor, si ea  
qua fiunt, agre tulero.

## S I M P L I C I V S .

Postquam docuit, quomodo in rebus extra nos actionibus  
positis, quibus studemus, ut sunt, iucundæ, veiles & nostræ For-  
caræ, affecti esse debeamus: nunc quæ præparatio tunasape  
in nostris actionibus adhibenda sit, præcipit, qua dominatur.  
rum eventibus casus & fortuna sæpe dominantur.  
Eile igitur harum quoque naturam præmeditan-  
dam: & cogitandum, qualia vna incidere soleant,  
posse illa tibi quoque evenire: ut si quid grauius  
acciderit, animo non sit nouum. Cæterum si res ne-  
cessaria non erit, eam ne suscipiet quidem. Nam Ca-  
rii occupati  
to maior & hoc vnum e suis erratis fuiss dicebat, onibus super  
quod aliquando nauigasset, cum iter terra confice-  
re potuisset. Ut autem nihil grauius accidat, si ta-  
men ea negotiorum natura sit ut lequi possit & soleat:  
tam suscipere id cum necessitate non est, quam cum tu-  
tiore via insisteret, periculoserem ingredi,  
quod & eam incolumes multi confiant, pecca-  
tum erit. Si vero necessitas virgeat omnino, ut aut forster ag-  
in insulam nauigandum sit, aut ex insula: ut patri gredienda,  
& amico ferendæ suppetiz, ut pugnandum pro pa-  
tria: ipsum quidem opus reformidandum non est, aneps aquo  
sed natura eius præmeditanda, & ea quæ consequi ferendus a-

solent: ut præmeditatione ad illa assuefacti, cum aduenerint, non perturbemur. Nam qui ita se parat, is & cum non acciderint illa, gaudebit, ut euitatis iis quæ meditatione ipsius iam quasi acciderant: & cum acciderint aliquando, eo tranquillus & tutius ea suscipiet, quod exspectauit. At dices: primum fore timidos & ignauos, qui aduersos rerum exitus subinde cogitarint. Deinde, molestam esse omnino fixam tristium euentuum cogitationem, quæ quidem diuturnitate temporis augeatur, si negotium prorogetur. Itaque Demosthenicum illud magis laudabis, qui suaderet, semper omnes res honestas suscipendas esse cum bona spe: & quemcunque Deus euentum dederit, magno animo ferendum. Sed heus tu, si Demosthenes eam spem bonam dicit, quæ conatu bonarum rerum nascitur, qualisunque sit exitus, cum Epicteto plane consentit, nisi quod methodum non adiicit, quā magno animo ferenda sint quæcunq; Deus dederit, etiamsi asperrima fuerint. Epictetus autem ferendi rationem tradit, præmeditanda natura rei quæ & nos deceat, & nonnunquam molestiis & difficultatibus implicata sit. Quæ utroque modo tolerabilia fiunt: tum propter rei & dignitatē & utilitatem, cum qua molestiæ nonnunquam sunt coniunctæ: tum quia præmeditatæ sunt, neq; præter spem acciderunt. Sed si Demosthenes eam spem bonam appellat, qua & salus conseruetur, & periculum euitetur: vix, ac ne vix quidem fieri potest, ut is qui spem salutis atque successum perpetuo soueat, ingruētes calamitates moderato & æquo animo ferat. Neq; enim corpus neque animus subitas mutationes sine perturbatione fert: cum & anni tempora (licet corū mutatio paulatim fiat) morbos plerumque gignant. Neq; vero timidos, ignauos, moestos, ista difficultatum & periculorum præmeditatio efficiet. Nam si actionem & bonam & utilem esse animo (hoc est homini) ratio monstrarit, tametsi non absque periculo, ut boni desiderium & fidentes & actuolos facit: sic pericula cogitati-

*Sententia De  
mosthenica  
explicatio.*

*Improuisa  
tela grauius  
terrent.*

*Rei honestas  
cū euentus  
molestia cō-  
paranda.*

cognitionem id consolatur, quod recte rationi paruerint, quæ præcepert, expetendum illud opus etiam cum periculo fuisset. Nam periculum & damnum cum ad corpus & res externas pertineant, non propri mala sunt nostra, nostrarumque rerum, si modo sapimus. Utilitas vero rei honestæ, vel cum periculo suscipiendo, cum sit animi, hoc est bonorum nostrorum: multis doloribus, damnis, exiliis & ignorantias æquari, ac potius præponderare potest, & excellentiæ boni consolari. Omnis enim homo bonum maius cum minore malo coniunctum amplectitur, præsertim si bonum esse nostrum, malum vero alienum esse videatur. Cæterum non verbis tantum & labiis ista leui quodam impulsu animi, sed vere & ex animo dicenda sunt, ut discriben illud in vita & moribus appareat. nam tum quo patet adhuc tristis & anxius, difficultates honestis conatus interdum obici solitas expectabit? Nam illud ipsum ijs qui naturæ congruentier viuunt, maximo solatio est, quod non circa ærumnam, sed cum periculis, vitæque discrimine id quod bonum est, amplectuntur. Declarat hoc Menœceus, & calii qui *Menœceus.*  
 se pro patriæ salute Dijis Manibus deuouerunt. Et si autem Epictetus id quod vult, exemplo vilissime *Nota & ex-  
 rei docet: tamen simul orationem suam per ea quæ  
 multis & sœpe accident, clariorem facit, & memo-  
 riā atque assensum auditorum excitat: simul (id *ta exempla  
 efficacia  
 sunt.*)*

quod ipse statim subicit) tyrones in minoribus  
 primum exercendos esse monet, ob eas causas quas  
 ante diximus. Sed possunt hæc etiam ad maiori-  
 ra transferri, quæ cum maioribus sœpe periculis  
 coniuncta sunt, & in ijs rei natura nobis digne con-  
 sideranda, vna cum euentibus eam non raro con-  
 sequentibus, vt quisque secum constituat, se ea *Fruitu bona  
 conscientia  
 lesandum:*  
 quoque, si inciderint, moderate laturum esse. Sic *euenta non  
 dolendum,*  
 enim naturæ suæ statum tuebitur, si & bonæ actio-  
 nis fructum capiet, & euentibus non perturbabitur.  
 Nam si perturbatus fuerit, seque in malis esse puta-  
 verit aut initio non recte iudicauit suscipendum

id esse: aut, si tum recte, nunc effeminatum in modum & timide perturbatur, mutatque sententiam quæ utraque contra naturam sunt

## E P I C T E T V S.

**H**omines perturbantur non rebus, sed iis quas de rebus habent opinionibus, verbi causa: Mors non est malum. Alioquin enim & Socrati ita visum esset. Sed opinio de morte est, quæ malum eam faciat. Cum igitur impeditur, aut distractabimur: non alios culpemus, sed nosmetipos, hoc est, nostras opiniones.

## S I M P L I C I V S.

Hactenus exposuit, quo pacto fieri possit, ne difficultatibus, quæ comitantur actiones, perturbemur. Cogitandum enim, fore ut et sequantur: & statuendum, rem esse nihil minus suscipiendam, animo præmeditatione confirmato. Nunc aliam rationem tradit, ab ipsarum rerum natura sumtam, quæ difficiles esse videntur, nosque perturbant: exemplo hic vsus non paruo, sed morte, eorum quæ nos perturbant maximo. Nam eo quod propositum est, per eam demonstrato: multo magis in iis quæ minus atrocia videntur, demonstratum erit. Ait igitur, res quæ nobis videantur acerbæ accidere, ideoque nos turbent, ut in periculo constitutos, neque acerbas esse per se, neque veras nostræ perturbationis causas. Sed opinionem de earum acerbitate conceptam esse, quæ nos perturbet: atque ostendit, mortem immaturam humana vi illatam, quæ omnium atrocium rerum atrocissima videatur, non esse atrocem. Ostendit autem paucis illequidem, sed accurate & efficaciter, hac argumentatione. Quæ natura terribilia sunt, omnibus terribilia videntur: sunt uniuersi ut natura calida, frigida, pulchra, & alia id genus, omnibus talia videntur, iis præsertim quorum natura integrior est, & prudentia maior. Mors non omnibus videtur terribilis, nam Socrati terribilis visa non

*Qui morte  
contemnit,  
cetera o-  
mnia mino-  
ri facit.*

*Naturalia  
sunt uniuersi  
ut natura calida,  
frigida, pulchra,  
& alia id genus,  
omnibus talia  
videntur,*

vita non est, qui cum eam effugere posset, sustinuit tamen: totumque illum diem apud amicos immortalitatem animorum declaravit, & qualis sit gepurgatrix pliosphotum vita edocuit. Conclusio quoque ex ijs quæ posita sunt perspicua est, mortem suapte natura non esse formidabilem. Itaque mors ipsa nos non perturbar: sed opinio de mortis atrocitate, ea est quæ nos perturbet, neque mel amarum est: sed ictericī affectio id amarum videri facit, ob redundantem in eo amarum humorē. Is humor expurgandus est, vt naturales rerum qualitates percipiamus. Ita hic etiam opiniones de rebus corrīgēdæ sunt, adhibita regula nostrarum & alienarum ierum, queque in potestate nostra sunt aut non sunt, qua bonum & malum nostrum iudicemus.\* Quod si mors in nostra potestate sita non est: mala non erit. Quæ si non animi, sed corporis malum est: nostrum malum non erit. Plato autem, &

Platonis Socrates, cam etiam bonam esse, & melioram vita corporea pronuntiant: nec his quidem bonam, illis vero malam, sed in vniuersum bonam *Socrates & Plato morte* *vita praeferrunt.* Nam Socrates in Phædone dicit: Fortassis hoc tibi mirabile viderur, si hoc solum cæterarum rerum sit simplex, neq; vñquam homini malū accidat, vt reliqua omnia. Vnde etiam præstiterit esse mortuum quam vivere. In Legibus autem, Pla- to suis verbis idem affirmat, hoc modo: Coniunctio corporis & animi non est præstantior separatiōne, si id quod sentio, dicendum est. At Epictetus mortem vt hominum opinione maxime formidabilem, instituti sui probandi causa adhibuit. Sed quia vñusquisque nostrum quamvis calamitatem morte grauiorem ducit (etenim aliquando dolore non modo vehementi vrgente, statim mortem optamus. cum paupertate vrgemur, paupertatem morte grauiorem ducimus) licet in his etiam eadem vii demonstratione, qua Epictetus de morte *Catastopia.* vñus est. Nam vehementissimos cruciatus in mor- *Sectiones.* bis, etiam plebej homines vltro admittunt, eum se, *Vñstiones.*

*Laconica  
verbera.*

*Paupertatē  
non esse ma-  
lum.*

*Rerum ad-  
uersarū per-  
presso exor-  
nat animū.*

mercede etiam medicis numerata, secandos & vren-  
dos præbent. Etsi enim hoc vitæ causa faciunt,  
mortemque maius malum iudicant: at ferri posse  
dolores, si expedire videatur, hoc ipso declarant. At  
Lacedæmoniorum adolescentes, terribilem illam  
flagellationem vltro gloriolæ tantum causa susti-  
nebant, tolerantia pene ad necem usque declarata,  
idque eos æquis animis & alacres fecisse constat. Alioqui enim vltro in tale certamen non descendis-  
sent. Sic autem erga illos cruciatus affecti erant,  
non quin cruciarentur, etsi fortasse minus quam in-  
exercitati & delicati: sed quod persuasum haberent,  
cruciatus esse ornamenta potius & commoda viri-  
liter eos tolerantibus & sine perturbatione, quam  
malum. Ne in paupertate quidem mali esse quic-  
quam dixerit Epictetus. Alioqui enim & Crateti  
Thebano ita visum esset, qui bona sua reipublicæ  
concessit, cum dixisset:

Crates Cratetem priuat hac pecunia. ac tum  
demum se in libertatem assertum putauit, cum di-  
uitias paupertate commutasset. Adeo neutrum ho-  
rum natura tam est graueatq; intolerabile, vt nobis  
videtur: sed & contrariis suis aliquando utilius, cū  
ad nos metipsos, hoc est, nostrum rationis compo-  
tem animum eorum usum retulimus. Opus igitur  
est, vt quis se a talibus perturbari nolit, rectas de ijs  
habeat opiniones. Quod cum in nostra potestate  
sit, illud etiam in nostra potestate erit, ne perturbe-  
mur, & magnum ad id nobis afferet adiumentum,  
vt ijs etiam, quæ in nostra potestate non sunt, ita  
ut amur, quali in nostra potestate sita essent. Etsi  
enim an ignominia afficiat, an pecunia spolier, an  
vapulem, arbitrii mei non est: at recte de his sentire,  
non ea esse mala, sed sæpe utilia, penes me est. Tale  
autem decretum satis est ad illud, vt huiusmodi ne  
accidere quidem videantur: aut si acciderint, noxia  
non iudicentur, sed interdum conducibilia. Quius  
enim, vt ego quidem existimo, pulcrius nobis, hoc  
est, animo existinet, in rebus asperis vacare pertur-  
batione,

batione, quam non incidere in res aduersas: eoque pulcrius, quo res aduersæ grauiores asperioresque fuerint. Ut enim corpora vehementissimis quibusque motionibus quæ quidem eas ferre queunt, maxime exerceantur, tam ad valetudinem quam ad vires & celeritatem: ita & animi, ut vbi opus est, aliquid quæ facilime & tranquillissime feratur. Quod duabus hisce rebus consequemur: vna, ut recte de ijs sentiamus, altera, ut præparati ad ea simus, cum tractatione corporis asperiore, quæ ad omnia opportuna est, quaque fit ut multi improbi homines verbera, & ea quæ dolorifica censemur, contemnant: cum præmeditatione & exspectatione, quæ omnia in nobis sita sunt. Quod si neque mors, nec huiusmodi quicquam terribile est, constat, neque ipsa, neque eos qui illa inferunt, perturbationis nobis esse causam, sed nosmetipſos, nostrasque opiniones. Nunquam igitur causa perturbationis nostræ alteri ascribenda est, siue is dolor sit, siue metus, siue quid aliud eius generis: sed nobismetipſis, & nostris opinionibus.

*Persuasio.**Præparatio.*

## E P I C T E T V S .

**A** lios accusare ob calamitatem suam, hominie est ineruditus: scipsum, eius qui erudiri cepit. Nec se, nec alium, eruditus.

## S I M P L I C I V S .

Cohæret hoc cum superiori, siue coniunctio-ne addita legeretur: Nam ineruditus munus est, alios accusare ob suam calamitatem: causa recte exponeretur, cur alii nō accusandi essent ob ea propter quæ nos perturbamur, timemus, dolemus, aut in malis esse nos existimamus. Hoc enim ex insacia nobis vſuuenit. Deinde ineruditus affectioni recte annexat eius habitu, qui erudiri incipit, & qui iam est eruditus. Hic enim, ut naturæ congrueret vi-

uens, nec unquam suis desideriis frustrandus, nec in ea quæ declinat incidens: neque in illo se malo esse putat, neque ullum accusat ut auctorem suæ calamitatis. Sed is qui erudiri incipit, interdum frustratur suis desideriis, & in ea quæ vitat incidit: quia tuin in agendo brutas etiam affectiones adhibet. Sed divisione rerum, quæ in nostra potestate sitæ sunt, aut non sunt, occupatus, nouit scipsum sibi auctorem esse & frustrationis & calamitatis: non autem aliud, si quando bonum aut malum suum in rebus alieni iuris collocarit. Cur autem dixerit aliquis, is qui erudiri cœpit, cum in se bonum & malum suum positum esse norit ( nisi enim id sciret, scipsum non accusaret ) peccat, ut scipsum accuset? An eo sit, quod cognitio bonorum & malorum antecedit, ut quæ rationis nostræ sit actio, sed non statim in omnibus brutæ affectiones se accommodant, conformant & subiiciunt rectæ rationi: præsertim vero cum ob socordiam & dissolutionem rationis, & continentem brutæ partis motionem corroboratæ perturbationes quasi tyrannidem occuparint. Sic affecta fuit ea quæ in Tragœdia dicit:

Sciam licet quod aggredi parem nefas,  
Tamen ira mentis omne consilium premit.

Quamobrem ad tempus boni consulendum est, si ratio partim cogendo, partim veluti magico carmine deliniendo, affectus in suam sententiam pertraxerit. Nam tum rationis etiam cognitio fit evidentior, & scientifica, & omnis dubitationis expers. Non mirum igitur, eos qui erudiri cooperūt, peccare interdum, affectibus nondum plane subactis, & ratione nondum secundum scientiam agente: se ipsos autem accusare, & non alios, ob divisionem illam rerum nostræ & alieni iuris vt cunque admissam. Prorsus ineruditæ autem sœpe & multum peccant, quod & ob affectionum commotionem, & ob rationis ignorationem verum bonum & malum nondum dijudicarunt, neque se a bruta natura vel nuda cogitatione remouerunt. Quam dico bruta:

Gens indo-  
ðaruit per  
vetitum ne-  
fus.

tam naturā? Quod nos ipsoſ naturamque noſtrā  
eſſe corpus opinamur, avari autem a diuitiis pen-  
det. Peccamus igitur cum ineruditū ſumus, propte-  
rea quod bonum & malum noſtrum in rebus exte-  
nī collocaentes, quodnam verum bonum & malum  
noſtrū ſit, & vnde ſit prorsus ignorantes: eos nobis  
malorum auctores eſſe putam⁹, qui aut aliquid no-  
bis adimunt noſtra opiniones bonum, & appeten-  
dum in rebus externis, aut in ea coniiciunt, quæ a  
nobis declinantur. Neque vero extera iſta, quæ vel  
in bonis vel in malis habentur, omnino talia ſunt,  
ſed interdu m̄ vtraq; rationem contratiā habent.  
Quapropter ineruditū adolescentes, pædagogos, vt *τίμων πο-*  
*λέτης* a quibus male traſtentur, oderunt: eos vero a qui-*νοι καὶ φιλο-*  
*τεύχος* bus ad voluptates inuitantur, diligunt. Epictetus *πόλυτος*.  
autem paucis ille quidem, ſed notas euidentes no-  
bis exposuit, quib; eruditū ab ineruditis & tironibus *Eruditi*.  
diſcernantur. Nam eruditū ab omni errore & pec-  
cato remoti, ob rationis perfeſionem, & bruta parte  
partis cum ea confeſſionem & obdientiam, nemini-  
nem vñquam accuſant vt vlliſ ſibi mali auctorem,  
neque enim in vllum ſuum malum vel iſpiſe con-  
iiciunt, vel ab alio coniiciuntur, ſiquidem eruditū  
ſunt. Quia ſi eruditū ſunt, non in rebus extētis ma-  
lum collocant. Ineruditū autem veraque de cauſa *Ineruditū*.  
errant & peccant, corum & ratione & bruta parte  
male affecta: atque alii ſuum vitium imputant,  
quasi id in rebus extētis inesse cernerent. Eſt au-  
tem & facile & iucundum, & indoctis omnino di-  
gnum, culpam eorum quæ iſpiſe deliquerint, in alios  
inſerere. Qui vero eruditū incipiunt, & principia *Tirones*.  
lutiſ habent: etiamſi peccarint, & in malum ali-  
ſod incederint, tamen vbi ſit malum, & vnde na-  
tatur, ſciunt, & quæ ſit ortus illius cauſa, ideoque  
nisi accuſant. Neque quisquam opinor, hiſ iudi-  
candi velut instrumentis viens, vñquam erabat in  
diuidiendo ſtatu eruditū, ineruditū & titonis. Nam *Puer & pa-*  
*dagogus in*  
ea proprie eſt eruditio, cum puer qui in nobis eſt, a *pueſ nobis*.  
pædagogo, qui & iſipſe in nobis eſt, caſtigatur. Puer

*Vtilitas.*  
*Voluptas.*

autem in nobis est bruta illa pars, quæ cum utile videat, in solum iucundum est intenta, ut pueri. Pædagogus vero est ratio, quæ componit & moderatur brutas in nobis appetitiones, easque ad utilitatem dirigit. Itaque incurit, qui puerilem in modum appetitum in vita inconsidere sequuntur, multū peccant, quamvis signari ob incuria, nec semetipso accusant. Qui vero erudiri incipiunt, hi pædagogum alacrem & excitatum iam habent, & puerum obedire incipientem. Quamobrem etiamsi peccant, tamen quis peccati sit auctor sentiunt, eumque & non alium accusant. Eruditi autem & pædagogum habent sobrium, & puero iam imperantem, & puerum castigatum, & ad suam perfectionem iam perductum: eo quod pædagogo paret, cuin coque consentit. Hæc enim pueri virtus est.

## E P I C T E T V S.

**O**b nullam alienam præstantiam offeras animo. Si equus semet iactans diceret, sum pulcer: ferendum esset. Tu vero cum insolenter gloria, te pulcrum equum habere: scito, equo te bono superbire. Quid igitur est tuum? usus visorum. Quapropter cum in usu visorum ita moratu fueris, quemadmodum natura postulat, tum effereris. tum enim aliquo tuo bono letaberis.

## S I M P L I C I V S.

Docuit quemadmodum fieri possit, ut in calamitatibus aliunde ingruentibus tranquilli, securi & alacres simus. Nunc, quales nos in externis rebus, quæ expertendæ videantur, præbere debeamus, tradit. Vocat autem eas aliena bona, ea ratione quam primum instituit, cum diceret, ea quæ in nobis sita non essent, infirma, serua, impedita esse, & aliena, nosque vetat ullius externi boni specie efferti. Imperio autem, hoc est elatio, hic illi non leuitatem, sublimes spiritus aut arrogantium significat, ut in malam

*Emporia.*  
*Elatio.*

Iam sēpe partem ea voce vti solemus (alioquin non suaderet vt nostris & veris bonis effertemur) sed (vt mihi quidem videtur) <sup>ītq; n;</sup> hic ei significat opinionem incrementi alicuius, & quasi graditatis, ob aliquis boni a cessionem. Non igitur, inquit, alienis bonis augeri nos atque excellere putandum est. Nam vnumquodque bonum, eius bonum est in quo est: & eius quod natura congruenter afficit, non autem alterius. Quid igitur in equo bonum est: id ipsius equi est bonum, non nostrum. Siue enim animolus, siue celer, siue tractabilis est, equi virtutē habet: quæ nostra virtus non est, eoz nec bonum nostrum, neq; auger nos aut perficit. At dicat aliquis, nonne resum & instrumentorum virtus ad possessores, & eos qui his vtuntur, referri sollet? Solet illa quidem. Verum aſciæ virtus fabrum bonum non facit, nisi ante fuerit. Quoniam aſciæ, ratione aciei & figuræ alia virtus est, alia fabri, ratione artis. Ipsiſ aſciæ bonum est acies, & elegantia formæ: eaque ad ministerium facit, atq; ad opus quod per eam perficitur, hæc enim instrumenti virtus est. Ad fabri autem perfectionem nihil confert, nam illius peculiare bonum in artis rationibus situm est, etiamq; opus externum peius confectum fuerit, siue ob materiam, siue ob instrumenta, siue ob aliquod aliud impedimentum. Quodnam igitur, inquit,

*Alia instru-  
menti vir-  
tus est, artis  
sicut alia.*

nostrum bonum est, quo sic affici debemus, quasi nostro incremento & perfectione? Prius rectam opinionem in primis, nunc vsum opinionum naturæ rebus. *Bonum ho-*  
*minis, veræ*  
*iudicium de*  
*rebus.*  
consentaneum id esse dixit: & quod illuc ~~vixiā~~ <sup>visum</sup> opinionem, hic ~~φαντασία~~ visum appellavit. Videntur enim atque existimantur a nobis res tales, aut tales, alias recte, alias perperam. Atque illud etiam visus naturæ congruenter vti fuerit, si res tales nobis esse videantur, quales ipse sunt: neque commisceantur inter se & immutentur, vt luxuriam bonum, temperantiam malum existimemus. Re- *Visorū usus*  
Etiam autem is visorum vhus natura consenta *natura con-*  
*scens. Cicitur, cum appetuntur bona, & declinantur sentiantur.*

mala : non autem cum tantum intelligimus hoc esse bonum, illud malum : sed cum & id quod bonum visum est, appetimus, & nivalium declinamus. Neque enim agendi potestas nostra est, sed appetendi secundum naturam, & declinandi. Quid vero si per usum visorum naturae consentaneum, etiam illud innuit, opera quoque nostra consentire oportere cum rectis opinionibus & appetitionibus? Ne temperantiam bonum tantummodo iudicemus, sed & temperanter viuamus : & iis muneribus fungamur, quae naturae, quae rectis opinionibus & appetitionibus congruant? Ne iustitiam bonum quipido, Mēs 4- liud suadet: omne bonum experendum videatur, interim vero video meliora, probog, Deteriora sequor.

*Sciām licet quod aggredi parem nefas.*

*Tamen ira mentis omne consilium premit.*

Non igitur recte tantum sentiendum, & appetendum & declinandum est, sed etiam officia consentanea rectis opinionibus praestanda. Atque in his situs est visorum usus naturae consentaneus, quem nostrum esse bonum iudicandum est, nihil autem rerum externarum. Sicut enim fabri, quatenus faber, bonum est, artis rationibus congruens actio, quae in rebus externis cernitur: ita philosophi actio in cogitationibus vertitur.

### E P I C T E T V S.

**Q**uemadmodum in nauigando in portum subducto nauigio, si aquatum exieris, obiter fortassis stiam cochleolam colliges aut bulbum: animo auctor in nauigi-

in manum intento esse oportet, ac continenter sollicito ne gubernator vocet: ac cum illa omnia relinquare, ut ne vindicta ranquam ones in nauem coniucari: ita etiam in vita, si tribi vice cochlea aut bulbi, detur uxorecula & puer, nihil impedit. At si gubernator vocarit, curre ad navim, relictu illis omnibus, neque respicies. Quod si senex es, eave unquam a nauem redas longius: ne quando vocatus deficias.

## S I M P L I C I V S.

Breuiiter & argute nos a specie bonorum exter-  
norum auocauit, cum ostendisset omnia illa esse a-  
liena, & nullum eorum nostrum esse bonum. Ne  
quis autem existimet, eum nos proflus & nuptiis &  
procreatione liberorum & omnibus possessionibus  
atque vsu rerum externarum prohibere: nunc or-  
dine tradit, quibusnam ex illis, & quomodo utilice-  
at. Præcipit enim ea nos omnia ad Dei rerum o-  
mniuum gubernatoris curam referre oportere: & sic Mens addi-  
tio  
his vti modeste, vt ab illo pendeamus, ac primum  
necessaria necessariis, sine quibus viui non potest, *Necessaria*.  
quæ aquatione significavit, cuiusmodi est victus,  
amicus, domicilium, quæ & quatenus homini fru-  
gi sunt satis. His igitur aliiquid curæ secundo loco  
tribuendum. Quæ vero necessaria non sunt, sed ad  
vitam agendam opportuna, vt vxor, liberi, res fami-  
liaris, & similia: quæ obiter inquit ac tertio loco  
dantur a gubernatore vniuersi, cum per tempus de-  
derit, accipienda sunt, animo semper in id quod  
principaliter appetendum est, intento. Delicias ve-  
to, diuitias, principatus, & id genus alias rerum alie-  
narum occupationes, vt quæ cum vita rationi con-  
sentanea coniungi nequeant, ne obiter quidem ad-  
mitti sinit. Hæc enim ea sunt, quæ supra penitus  
esse relinquenda monuit. Coniugium autem, pro-  
creationem liberoru, & similia, iis qui modo erudiri  
coepérunt, in aliud differendi tempus auctor fuit, vt  
docti in æ initia confirmarentur. Iis vero qui iam  
aliquantum prosectorunt, vt his absque noxa vti

*Supernæ-  
cia.*

*Mare.**Nauis.**Gubernator.**Portus.**Aquatio.**Cochlea.**Bulbus.**Reuocatio  
ad nauem.**Vincula.*

queant: obiter his etiam frui concedit. Ac mihi quidem exemplo peropportuno videtur esse usus. Nam mare ob profunditatem fluctuationem crebrasque & varias mutationes, & quia suffocat eos qui id intrant, veteres etiam fabulatores generationis symbolum esse dixerunt. Nauigium autem suerit, quod animos ad ortum perducit, sine id fatum, siue iors, siue quid aliud est dicendum. Nauis gubernator Deus, qui & uniuersa, & animorum redditum ad ortum, sua prouidentia eo quo decet, & pro dignitate cuiusque, dirigit & gubernat. Nauis subductio, est animorum in suum locum, nationem & familiam perductio: qua sit, vt alii in aliis locis, nationibus, familiis, & e diuersis parentibus nascantur. Exitus ad aquandum, est rerum necessiarum occupatio, sine quibus propagari vita non potest. Quid est enim aqua iis qui orti sunt, ad victum & potum magis necessarium? Obiter autem cochleam aut bulbum tollere quid sit, ipse concinne explicauit: esse vxorem, & rem familiarem. Ac talia si a rectore uniuersitatis dentur, accipienda illa quidem esse, sed non quasi aut præcipua, aut nostra bona. Nam principale nostrum bonum est, contentio & conuersio ad nauis gubernatorem. Imo in his nec vt necessariis est elaborandum, sed vt reuera accessiones, & degendæ vitæ commoditates accipienda sunt. Quod si gubernator ad nauem reuocet, hoc est, ad se & veram patriam unde venimus: Curre, inquit, ad nauem, his omnibus, quæ ad generationem pertinent relictis, vocantem sequens, & minime respiciens, ne ab ipsa natura solitus, tuopte studio & voluntate ibi hæreas. Nisi enim vltro atque alacer, inquit, secutus fueris, istis rebus omnibus relictis, vincitus in nauem pecudum instar coniicieris: hoc est, inuitus, & tum te ipsum, tum eos qui adsunt deplorans, vitam relinques, vt homines amentes & ouina prædicti stoliditate solent. Eum autem qui obiter coniugio & procreationi liberum, rebusque similibus operam datus est: tempstive id facie decet,

debet, ut modo conuenienter rebus hisce satiatius sine  
ulla mora hinc recedat, & alacriter gubernatorem  
vocantem sequatur. Si vero senex fueris, & prope *Seni mors*  
iam a fine abflueris: nullo tali vinculo constringi-  
potius quā  
tor, sed totus in redditum & discessum ex hac vita in-  
tentus es: ne cum tempus discedendi adfuerit, *vita medi-*  
*tanda.*  
vocatus sarcinis onustus deprehendaris, & a vincu-  
lis retinaharis, ac recente duclam vxorem & infantes  
liberos lamentaris. Atque adeo senem, discessum ex  
hac vita, quam diuturnam in ea mansionem, magis  
spectare & curare decet.

## E P I C T E T V S .

N*E* postules ea qua fuit, ita fieri ut tu via: sed ut fuit,  
ita velis ea fieri. Sic omnia secunda tibi accident.

## S I M P L I C I V S .

Quæ res externæ relinquenda, quæ percipienda  
nobis sint, differunt: ac necessariis vtendum necel-  
latio, ceteris vero obiter: sed harum nullam præ-  
cipue expetendam, concessio ad hunc modum rerū  
externarum vñ. Nunc regulas tradit, quibus obser-  
uatis, rebus externis, citra noxā & perturbationem,  
atque etiam cum delectatione queas perfici. Ut  
autem sine molestia viuamus, nec ea quæ fiunt im-  
probemus: aut rerum naturam se ad voluntatem  
nostram accommodare, aut nos ea quæ rerum na-  
tura nobis decreuerit, omnia probare necesse est. A-  
liter enim fieri nequit, ut bene agi nobiscum arbit-  
rremur. Neque vero aut fieri potest, aut semper no-  
bis expedire, ut rerum vniuersitas omnibus optatis  
nostris respondeat. Multa enim nobis placent, quæ  
ipsis etiam nobis sunt inutilia: siue quod eorum  
naturam ignoramus, siue quod bruni affectibus  
interdum indulgemus. Nos igitur, si beati esse vo-  
lumus, assuecere, ut iis quæ ab vniuersitate fiunt, *Multa fuit,*  
acquiescamus necesse est. Verum hoc præceptum *qua viri ho-*  
nonnullis durum, atque adeo ne fieri quidem posse  
videbitur, ut quisquam velit ea quæ fiunt, ita fieri ut  
*ni esse non*  
*videatur,* *approbare.*

*Communia  
mala.*

*Hominum  
sceleris.*

*Dubitatioes  
tollenda.*

*Non esse ve-  
remala,  
quos in  
malis habe-  
amus.*

communia mala, quæ ab vniuerso oriuntur: vt ter-  
ræ motus, diluvia, incendia, pestem, famem, interi-  
tum omnis generis animantium & frugum? vel ea  
quæ nefarie ab hominibus in homines perpetrantur:  
urbium excidia, captiuitates, cædes iniustas,  
latrocinia, direptiones, libidines, & tyrannicam vi-  
olentiam vsque ad impietatem adigentem, & ab  
eruditione & philosophia repellentem, omnisque  
virtutis & amicitiæ & mutuæ fidei, & tam scientia-  
rum, quæ vix multis ætatibus inuentæ confirmatæ  
sunt, tantam euersionem vt eorum sola nomina  
memorentur, quam artium multarum, quæ diuini-  
tus iuuandi nostri causa datae sunt, vt medicinæ, vt  
fabrilis, vt architecturæ ac similium eam deprava-  
tionem, vt earum umbræ tantum & simulæca sint  
reliquæ? Hæc igitur & id genus alia, quæ in nostram  
ætatem redundarunt, non dico videre, eorumque  
particeps esse, eaque fieri, sed vel audire quis velit,  
nisi homo malevolus & omnis honestatis inimi-

cus? Huiusmodi dubitationes non hominum vul-  
go duntaxat, sed & eruditioribus obstrepentes, dis-  
soluendæ sunt, si & Epicteti orationi sua debet  
constare auctoritas, & rerum auctoris Dei reprehen-  
sione carere gubernatio. Vbi enim vtilitatem, ibi-  
dem etiam pietatem collocamus: vt paulo post  
nos ipse docebit Epictetus. Aio igitur, si vere mala  
ea sunt, quæ modo tragicis verbis dubitatrix præ-  
dicauit oratio, & talia mala, qualia nobis videntur:  
nec vir bonus is fuerit, qui delectetur malis: neque  
eum qui hæc gubernat, non esse causam malorum,  
obtineri potest: aut si malorum auctor credatur, vt  
eum honoremus, aut amemus, aut colamus, fieri  
nequit, etiamsi infinitæ rationes in medium affer-  
rantur. Quoduis enim animal ( vt ipse dicturus est )  
noxias res earumque causas fugit & auersatur, uti-  
les vero earumque causas consecutatur & admiratur.  
Sin hæc non esse mala quæ fiunt, vt putamus, sed  
bona potius, vt quæ ad magna bona conducant,  
eorumque causa fiant, demonstratum fuerit: & si  
quid

quid omnino mali insit iis quæ fiunt, id non in ipsis  
inesse rebus, sed in appetitionibus & affectionibus  
nostris: neque is malus erit, qui ea quæ fiunt, ita  
ferri voluerit ut fiunt, neque gubernator harum re-  
rum videbitur malorum auctor. *Ista* igitur in qui-  
bus ea fiunt, quæ mala videntur, in ortus & intelli-  
tus loco constituta, partim corpora sunt, partim *Terra loca*  
*animæ* brutæ, affixa corporibus, nec fere quicquam *Corpora.*  
sciuntur ab iis habentes, cum sint tantum vita *Anima bru-*  
corporum, & secundum illa vna cum illis mo-  
uentur. Rationis vero participes per se mouentur, *Animi ho-*  
scientiæ a corporibus, & sui iuris voluntate appe-  
minum.  
tiusque prædictæ sunt, harum corpora motu prorius *Corpora a*  
alieno agitata, omnemque naturam extrinsecus *cælo & ele-*  
habentia, præcipue quidem a cœli coniunctionibus *mensis affi-*  
oriuntur, intercidunt, variaque murationum vi  
ces subeunt. Si propiora & ipsam materiam spe-  
ctes, a se se inuicem afficiuntur. Id enim est conse-  
quens, ea quæ nascuntur & pereunt, ab æternis  
constituti: & ab iis quæ per se mouentur, ea quæ  
cientia lunde: & ab iis quæ continet, ea quæ con-  
tinentur. Estque hic ordo, hoc ius vniuersi, ut hæc  
illa consequantur, cum in se se non habeant princi-  
pium motionis, aut delectus: nec appetitio in eoru-  
sita sit potestate: neque discernen dignitatis eorum  
libera voluntate oritur, sed e suis causis pendeat:  
sicut nec vmbrae corporum suo arbitratu hoc aut  
illo modo conuertuntur aut afficiuntur, sed causa-  
rum suarum statum sequuntur, \* semper eadem  
prædictæ dignitate. Ac ne ipsis quidem quæ mutan-  
tur corporibus, sive compositis sive simplicibus,  
malum est illa mutatione: primum quod eorum na-  
tura est talis, nec fieri potest ut aliter se habeant.  
Etenim nec rationis capacibus animis malum esset  
ignorantia, & brutis appetitionibus vita confanta-  
nia, nisi ita non essent ut & verum cognoscerent, &  
brutis appetitionibus imperarent, superaque illas  
velut eminet. Deinde quod composita rebus  
contraria continent, & inter se pugnantibus quæ

*Corporum  
mutatione &  
dissoluto  
nil habet  
mali.*

In alienis collocatae locis per morbos sibi mutuo sunt infestæ atque iniuræ: alias igitur ea quæ in ipsis corrumpuntur excernetia, confirmantur: alias ad interitum tendentia, ipsa quidem a labore & ærumna & redundantia contrariorum, quæ eis inest, liberantur, & singula quæ in eis insunt simplicia, suis totis restituuntur, vt quasi repubescant, & ab innata eis ex contrariis imbecillitate recreentur. Eorum enim quodlibet agens aliquid in contrarium, vtiq; vicissim aliquid etiam ab eo patitur. Cum vero simplicia, contrariarum mutatione qualatum in se mutuo conuertuntur: id fiunt denuo, quod ante fuerunt. Nam aqua in aerem mutatur, vnde prius facta erat: & aer in ignem, vnde fuerat ortus. Neque in his scilicet quicquam est mali, etiamsi inde vel diluuiia, vel conflagrationes, vel aliæ vehementiores mutationes efficiantur, ob elementorum vniuersiæ equationem: siue etiam pestilentiae aut terræmotus composita corpora diremerint.

Quod si hæc etiam conducunt ob infinitam eius quod ortum habet reuolutionem, eo quod unius interitus ortus est alterius: qui fieri potest, vt partis interitus sit malum, si toti conductit? Nam in singulis etiam cernitur animantibus ipsa natura cōtemnere partem propter totum, cum fluxiones a partibus communibus corde, ventre, hepate & cerebro, in extremos pedes relegat, & manus, & ad cutem per tubera, lichenes, & eius generis alia depellit, & abscessus perniciosos in membris facit ob incolumentatem totius. Atque etiam ars medica naturæ in hoc imitatrix, apostemata putrefacit, secat, virit, & intendit atque amputat partes ratius ergo conservandi. Neque quisquam tamen est, qui male ista fieri arguat. Itaque si per se sola essent corpora, nec eorum quæ his accidunt quicquam ad humanos animos pertinejet: nihil profecto in eorum mutationibus inesse mali crederetur. Sed quia etiam animæ corporibus insunt: omnis ex eo querela nascitur.

*Quarum tamen brutæ cum corporibus cohærent,*

εἰκόνων  
χρήσιμοι  
μηδι-  
μια, σθρον-

*Partem suo  
toti seruire  
est equum.*

*Brute ani-  
ma naturæ  
corporis se-  
quuntur.*

rent, etisq; vitam impertinet, atq; in illis & eum illis suam & naturam & vim & efficaciam habet. Rationis vero particeps, & natura sciunctæ, ac plane separabiles a corporibus, tum per se mouentur, tum liberam voluntatem habent, & appetitiones atque affectus suo arbitratu moderantur, vt supra ostensum est. Brutus autem contra, (siquidem ne vestigium quidem proprii sui motus, nec internam appetitionem, aut qualcumque motionem habent, sed plane corporum vita sunt) perspicuum est, suam quoque naturam vna cum corporibus fato attributam, & dignitatem pro earum ratione & eum illis assignatam, quæ vna cum eorum motionibus afficiatur, habere, vt antea de umbra est dictum.

Quod si stirpium vitæ magis conuenit, quæ eo ra- *Animæ brudi-*  
*dices deorsum egerunt, ac sensu earent & motu, torum inter*  
*cum appetitione & concitatione animi coniuncto, stirpium &*  
*quæ res brutis etiam contigerunt: pecudum ani-*  
*mæ, inter animas stirpium corporibus inherenti- animas in-*  
*um, & eas quæ secundum naturam absolutæ ac per series.*  
 se mobiles sunt medie, aliquod velutum habent  
 appetitionis & concitationis, intrinsecus in ipsis  
 excitatæ, quæ alias pro natura sui generis moue-  
 tur, vt eum leo moderatam in suo genere habet  
 iram, alias efficeret aut deficiat. Itaque dignita-  
 tem quoque imparem, & vitam dissimilimam ha- *Humani ani-*  
 benta fato attributam: quæ sic obtinent, vt aliunde *nimi digni-*  
 moueatur. Debent enim ea quæ inter aliqua inter- *tæ liberta*  
 iecta sunt, cum utrisque extremis quandam habere *te voluntate*  
 affinitatem. Cæterū partieps rationis animus per *te pendet.*  
 se mobilis, & appetitionis atq; affectionis sive plane  
 dominus, ea etiam est dignitate quam a libera vo-  
 luntate consequitur: corpore autem vtitur, & affec-  
 tus habet, qui ad ipsum referantur. Is, cum natu-  
 ræ congruenter viuens, pro instrumento vtitur  
 corpore, sciunctus ab eo, & supra id eminens: tum  
 noxæ corporis impediunt animi actiones quæ per  
 corpus fiunt, nullis tamen ipsum animum affici-  
 ent malis. Nam dolorem in pede manere, diuinus

*Sernitium*  
*corporis.*

*Sodalitium corporis.* Socrates asterebat. Si vero maiore quam par est necessitudine cum corpore contracta, id non iam ut instrumentum, sed ut sui partem, ac potius ut semet ipsum amplexatus: tum cum eo & per id affectibus agitatus & obbrutescens, & iracundiae atque cupiditatis appetitiones, suas esse ratus, illisque inseruens, rationesque subiiciens quibus illa desideria expleantur: & prorsus corruptitur, & morbis animi laborat, egetque medicina qua illis liberetur.

*Morbi & calamitates alia, sunt & paenam medicina animalium.* Solent autem contraria curari contraria. Debet igitur animus appetitu voluptatis & suavitatis, atque amore corporum, opum, honorum, potentiae, similiumque rerum vitiatus. earundem rerum frustratione & puniri & sanari, in primis vero corporis doloribus, quod est animo propinquius, cuiusque cruciatus magis sentiuntur. Cum enim aninus &

Deum & seipsum deseruerit, seque totum corpori & rebus externis dediderit, eaque ratione deprauatus ægrotarit: quonam alio modo ista aspernaretur & ad seipsum & Deum conuerteretur, & in his bonum suum quereret, nisi præter noxiam ista etiam molesta experiretur. Nam quia propter voluptatem ad ea vergit, spe in eis & cum eis illa potiundi: dum illa voluptate fruatur, affixus illis deliquescit.

*Claues fortissimus voluptas.* Nullus enim clavis est, qui ita fortiter affigat & agglutinet animos, vt voluptas, & illecebrae voluptatis Bonus igitur ille medicus, ea quibus inhiat animus cum molestijs offerendo, eadem ut auersetur facit: quemadmodum nutrices infantes ablactaturæ, aliqua re amara papillas inungunt.

*Initio confutatur dolo metu retrahitur a voluptate.* Animi ergo initio duobus propositis malis, dolori corporis, mortem & discessum a corpore anteponunt: nunquam id facturi vigente & florente corpore, vnaq; consuescunt odisse & auersari voluptatem, quæ hic percipitur maioris doloris formidine inde excitandi: sicut & pueri primum a rebus noxiis metu retrahuntur. atque aliquis noxio quopiam cibo aut potionē impense gaudens, sœpe doloribus inde

inde affectus, magna molestia fuga & metu iis abstinet. E enim quis rebus iucundis sine molestia perirens, quamvis noxiis, ex animo ab iis abhorreat? Atque ista voluptatum timore doloris maioris abstinentia, permutatio quædam potius est affectus, quam liberatio. Nam suavitate quæ inest in vacuitate a molestiis, fructum suavitatis permutamus, & affectus alium sibi affectum adiungit. Expe- *Tandem uel* dit autem hoc initio nobis, ob pueriles & stultos *tro & per* affectus nostros, vt ea suspecta habeamus & inuisâ, *sese, meliora* quibus vehementer afficimur: posteaque naturam *amplecti-* eorum considerantes, ea præterquam quod noxia *mur.* sint, multo etiam plus habere molestiæ quam iucundiæ, & in nos ipsos descendentes. & bonum in nobis situm esse deprehendentes: non autem in corpore, aut rebus externis, atq; similitudinem nostræ quandam cum Deo sentientes, eamque honorantes: iam non meru, sed scientia & virtute vitam naturæ consentaneam amplectamur. Nam & pueri que prius declinabant & prosequabantur metu, post aucta prudentia vltro faciunt. Et hunc scopum propositum habet curator noster Deus & rationis particeps animus neque adhærescat corpori & rebus externis, neque his meru, sed iudicio abstineat: tanquam bono & malo nostro in appetitione & declinatione sitis. & ad hunc finem prouidentia medicina contendit, vt reducat animum ad amplectendam vitam naturæ consentaneam: quemadmodum etiam optimus quisque medicus sectionibus & vstitutionibus naturalem habitum corporibus restituit, vt naturalibus actionibus fungantur: estque improbitatis medicina pena. & cum vñlum habent mala, vt " habentur quæ nobis eveniunt. Vt autem medicis succensimus, vñtiones & sectiones & molesta remedia adhibentibus: sic homines vñcordes & puerili sententia, hæc moleste serunt. Et qui huiusmodi *Quæ nocet,* calibus & seipsum & alios obseruarit, atque affecti- *docent.* ones amormor animaduenterit: is facile nimirum intelliger, molesta ista velut ansam prebere animo

corporis & rerum externarum , aut (vt Epicteti nostri more loquamur) corum quæ in nostra potestate sita non sunt , contemtionem . Ut autem corporum medicina duplex est , & eius vna pars ægiota corpora curat & per contraria corrigit : altera victus ratione & exercitationibus sanitatem tuetur , confirmat , auget : quædamque exercitationes sunt valde laboriosæ , nec nisi viris fortibus & constantibus tolerabiles : Sic & animorum auxiliator , non ægrotantes tantum virtæ difficultatib. curat , sed & sanos exerceat , ac saniores & fortiores facit , eorumque virtutem ad imitationem aliorum illustriorem reddit . Nam etiam sanos hominum animos , vt & valentia corpora , iadigere exercitationibus . in promptu est . Motio enim confirmat , ignauia vero labefacit , vt inquit Hippocrates . Cur ? Quia ea quæ suam perfectionem semper obtinent , & naturæ suæ conuenientes actiones : easdem paratas semper atque in promptu habent . Quæ vero nihil agunt , exercitatio ne egent ad imitationem perpetuæ motionis : ne per ignauiam actionis oblita & velut emortua , cum tempus necessitasque postularit , suo muneri desint . Quod enim alias actuosum , alias otiosum est , idque ob imbecillitatem , actione confirmandum est . Omnis autem exercitatio iisdem rebus perficitur , per quas principalis actio ad quam exercemur . Nam excitatio ad luctam , iugi luctatione fit . ad cæstum , crebro dimicando & verberibus assuescendo . Sic etiam ad bellum exercebere si collusor hostem imitetur : quoque ii qui vna tirocinium faciunt maiores robustioresque fuerint , eo magis exercitatio metam suam attinget . Itaque si quis ad id etiam exerceatur , vt voluptatem contemnat : eum rebus iucundis tractandis ad earum contemtum assuescere necesse erit . Si ad ferendum molestiam , opus est vt molestiarum sit particeps . Si ad timorem , vt in res timendas coniiciatur . Si ad cruciatus , vt nobilium Lacedæmone adolescentum flagellationis certamen æmuletur , & omnes eas exercitationes doloris

**Exercitatio  
cum genere  
certaminis  
cognitione  
habet.**

doloris plenas, quæ ad id cerramen referuntur: aut  
 Salustium qui nostra ætate, in viuum carbonem *Salusti pum.*  
 semori impositum sufflando periculum faciebat, *na.*  
 quam diu ardorem illum tolerare posset. Nam  
 exercitationes a principalibus actionibus ipso gene-  
 re non disferunt, sed paulo maiore facilitate & de-  
 sinendi, cum nobis vsum fuerit facultate. *Quo-*  
*niam* igitur qui humanos animos nascendi causa  
 demittit Deus, vires etiam eis addidit, quibus in-  
 structi absque noxa vti rebus terrenis tam allicien-  
 tibus quam terribibus, easque superare possent:  
 eas vires exercens idem Deus, ne per ignauiam la-  
 xiōres & remissiores fierent, neue vsum earum tem-  
 pore postulante cessarent, certamina multa pro-  
 ponit animis. Neque Hercules aut Theseus aut  
 Diogenes aut Socrates in tales viros euasissent, nec  
 humanæ virtutis magnitudo quo vsque progredi  
 posset eluxisset, nisi & illos cum bestiis immatio-  
 ribus & scleratis hominibus cominiisset, & hos  
 summa viuita tenuitate ad vitam naturæ consen-  
 taneam compulisset. Illud quoque attentis non est *Periculis &*  
*obscurum,* eos qui res aduersas generose pertule- *arumnis gli-*  
*sint, fortiores cuadere in posterum.* Si enim rerum *scunt animi*  
 maxime formidabilium horrem assuetatio lu-  
 dum & iocum facit, vt in eiusmodi certamen non  
 nulli ob exiguam stipem vltro descendant: quo pa-  
 sto fieri potest, quia rerum leuiorum exercitatio  
 efficiat, vt ea contemnantur, quæ inexercitatis per-  
 molesta videantur? Quæ igitur difficultates & æ-  
 sumnae habentur, hæ quia sive ut curationes ægrotan-  
 tium, sive ut valenriam exercitationes animis  
 adhibentur, mala eis esse non possunt. Alioqui  
 eodem modo & medicamenta & gymnasia corpo-  
 ribus grauius, mala diceremus. Cum autem pro di-  
 ginitate tum naturæ tum voluntatē fiant: mala nō  
 erunt. Quod enim pro dignitate fit, iustum est:  
 quod iustum, bonum. Ac ne corporibus quidem su-  
 apte natura sensus expertibus, malum est secari aut  
 vni. Nam composito, in sua simplicita resolutio non

*Natura &  
voluntatis  
dignitas.*

*Compositi  
resolutio nō  
est malum.*

*Medicina  
Dei saluta-  
ris & clemē-  
tissima.*

*Medicina  
qua faciunt  
dolorem, vt  
bona hanc  
sint, tamen  
ad parandū  
bonum sunt  
necessaria.*

*Epilogus.*

est malum. Quod si corporum medicinam exercen-  
tem, vrentem, intendentem, membra resecantem,  
& plane sanguinos carnifices imitanter, malum non  
dicimus, sed bonum: si medicis cum gratiam habem-  
mus, tum mercedem numeramus: cur in medicina  
Dei non acquiescimus? Neque enim iracunde, nec  
vindictæ cupiditate, nec præter meritum, neque no-  
cendi causa quicquam horum facit Deus: sed instar  
medici & curatoris & parentis, & ad maximam utili-  
tatem nostram, & ( quo uno verbo rem complecti  
totam licet ) pro sua diuina bonitate. Multiformis  
autem est Dei medicina, vt qui alios morbis, inopia,  
ignominia: alios pestilentia, fame, terramoto, in-  
undatione, naufragio, bello: alios penitus humani-  
tus inflictis, medicetur. Neque vero mala haec sunt,  
sed bona: siquidem medicari bonum est. Si quis  
autem est qui haec dicenda esse bona hanc censeat,  
quod non præcipue sint expetenda: qualia ea quæ  
proprie bona sunt, esse oportet: non statim ea mala  
vocet, sed ad verum bonum acquirendum necessa-  
ria, quam ad rem ea necessario requirimus, & pro-  
pter illa amplectimur. Nam & sectiones & vñiones  
medicas, & id genus alia nemo præcipue spectat:  
sed desiderio sanitatis illa admittimus, quam pereat  
consequi necesse habemus. Ac recte illa necessaria  
vocarunt sapientes: quæ omnia necesse est adhiberi,  
si bono potiri studeamus: quæ quidem & ipsa  
bona sunt, siquidem ad bonum conducunt, partim  
ad valetudinem corporis, partim ad animi sanita-  
tem, inferiora tamen principalibus bonis: cum quibus  
ea vulgo conferentes, mala existimant, male  
vtique sentientes: siquidem per haec consequi ea  
quæ bona sunt, est necesse. Si igitur propositæ di-  
bitationes profligatae sunt, & ea quæ fiunt omnia,  
pro dignitate partim naturæ, partim voluntatis  
fiunt, & quidem utilitatis causa fiunt a Deo: dubio  
procul quiuis cordatus homo & volet ea fieri quæ  
fiunt ( nisi inuidet iis quibus ius suum tribuitur;  
aut medicina adhibetur ) & talem medicum colet,  
venera-

venerabitur, sincereque diligit, & bene mereti statuet. Ac eas quas obiciuntur hominibus difficultates, quasdam esse medicinas: & eam medicationem egrum qui hac egent, & corporibus & animis prodesse, quis ut opinor, concederet. Ipsam vero seu animi seu corporis ægrotationem, & medicationis tam molestæ & dolorificæ necessitatem: quis bonum, & non malum: atque eius auctorem, mali auctorem non existimet? An vero iterandum eadem ita mihi? corporis morbum nec ipsi corpori esse malum, cum & tali natura sit præditum, & ad compositi spectet dissolutionem, & restitutionem simplicium suis totis, eorumque discessum & liberationem ab habitatione alieno in loco & pugna contrariorum: nec animo, siquidem cum medicati. onem illius esse demonstratum est\*, & multis faciliam euidenter appetat. Quod si morbus vni corporis est noxious, eiusque interitus: sed animo ventris cum, & compagi vniuersiti, & quæ in eo sunt ele-  
mentorum & irrequietæ generationis circulo per hoc in infinitum progrederent, eo quod vnius interitus ortus est alterius, expedire constaret: optimus ille administrator eius quod corrumpi solerat natu-ram, & partis deteriorisque interitum, ob præstan-tius & rotum & perpetuam generationis seriem contemperet. At morbi animi ortus, neque ipsi prodest neque vniuersitate quicquam consert. EIUS *Animus*  
igitur auctor, malitieuius est auctor: & qui cum *suapte culpa*  
depravari & ægrotare vult, malus fuerit? Sic ea-  
dem manere dubitatio videbitur. Quæ ergo morbi & malitia causa sit animo, ex his quæ prius de tebus nostri & alieni iuris dicta sunt, recordemur: animi bonum in eo situm esse, ut secundum natu-ram appetat & declinet, malum in eo quod sit con-tra naturam. Appetitionem autem & declinatio-nem in nobis sitas esse, demonstratum arbitror. Quare ipsi nobis & virtutis causa & vitii sumus. Vnde sit, ut & boni laudentur, ut qui bonum ipsum suapte vi sit consecuti, vnde virtus ipsa uomen ha-

*Repetitio lo-  
ci de natura  
corpori, &  
animorum  
culpa.*

*causæ suius.  
Dererius  
ob salutem  
præstantio-  
ris negligen-  
tum.*

*E*

bere videtur: & reprehenduntur improbi, vt qui non tales esse possent, & ex socordia improbi euaserint. Nam si hæc extrinsecus insecerentur: voluntas bona aut mala esse desineret, in eiusque locum casus & necessitas succederet. Deus igitur ne hic quidem vlliis auctoꝝ mali reperietur. Quid vero si nec

*Animi virtutem illius  
stinguit, & ad bonum aliquod re-  
feruntur.*

ipsius morbus animi, quod vitium dicitur, omnino malum est, sed & ipsum habet aliquid ad humanæ virtutis constitutionem necessarium? Ut enim sanitas horum corporum, sanitas non esset, nisi natu- ra eorum magis etiam ferret ut ægrotarent, sed esset habitudo quadam perennis, nec morbis oppone- retur, cuiusmodi cœlicolarum est: sic etiam huma- norum virtutes animorum, modestia, iustitia, pru- dentia, & omnis ille reliquus earum cœtus non ex- staret, nisi animorum ea natura esset, ut depauari possent. Alioqui virtutibus prædictis essent angelici, ac potius diuinis, non humanis: quæ quidem tales sunt, vt etiam ad vitium deinceps astantur. Si igitur bonæ sunt humanæ virtutes, & valetudo pro- spera corporis, nec prima tantum & inaspectabilis bona promanare a fonte boni oportebat, sed & me- dia & vltima: eorum quoque bonorum quæ deprava- ueretur, depravationem exsisteret necesse erat. Neq; enim essentiam principale habent, sed iis quæ erant, accessionis vice adiuncta fuerunt. Consideranda hoc loco est diuinæ bonitatis excellentia, quæ & corporis interitum, quod vmbrae instar, vt dixi, vna cum causarum motu necessario circumagit, bo- num efficerit: tum ipsis ægris caducisque corpori- bus, ratione coniunctionis cum integris elementis & renovationis: tum animis, quorum instrumenta sunt corpora, qui per eum sanentur: tum quod uni- verso illi genito, ad infinitam, vt dictum est, distributionem seruant & seipsum ab animi vitio, quod solum secundum vitium videretur, liberarit. Primum quod id vt ad bonum necessarium, & non ve- malum concessione quadam rebus adiunctum sit. Deinde quod hoc ipsum voluntatem animi sequi

omnino

omnino iussit, nec vñquam in rerum naturam penetrare, nisi ille velleret. Quamobrem non voluntaria, ut quæ mala non sunt, tam a Deo quam a legibus ignoscuntur, & malum quodammodo uou inest animo voluntarium. Neque enim animus vñquam malum tanquam malum amplectitur, sed vt bona quædam, alias pecuniam, alias voluntatem corporis, aut potentiam aut honorem appetit: nam vero his adiunctam aut plane non videt, aut negligit, cupiditate adamatarum rerum subactus. Sic vñdecunque esse est e rerum natura perseste malum. Ac facilius concedi possit, id quod *Libertas vñ nullo modo sit, quam perfectum & arbitratum ali quod humani animi malum existisset.* Si quis vero *cellens Dei Deum mali auctorem existimet, ut animi conditorem cuius animi frustratio & lapsus malum sit: si quidem per se mobilis & libera natura animorum malum est, malum dicere auctorem necesse est huius conditorem.* Sin bonum est, & multo iis quæ in mundo sunt bonū maius & honorabilius: qui mali auctor esse queat is, bonum qui condiderit? Cum igitur id quod naturæ congruit, & optabile & extendendum sit: quis mortalium (qui quidem humanā virtutem intellexerit) stirps aut quodlibet brutum animal quam homo esse malit? Quamuis enim & stirpes & brutas animantes bona esse dicamus, certo tamen boni ordine, & inferiora bonis cæteris condita, & ad certos usus a Deo sunt destinata. Iam si illud etiam in nobis situm est, ut vel boni vel mali simus, eiusq; rei potestas nostra est, neque quicquam est quod nostram vel voluntatem vel declinationem illa ex parte vel cogere vel prohibere possit: hæc natura & vis libertatis (meo quidem iudicio) præclara est, & magnifica, & principalis, atque illius auctor bonus & potens. Sin ipse animus per se aberraret, cum ne aberraret penes ipsum esset: quis æquius aberrationis illius auctor dicatur, quam ipse animus, qui principium & causa est tam boni quam aequitatis a bono, quique a se ipso principium ha-

beat aversionis? Nam ea causa quæ initio cum fecit, non simpliciter talem fecit qui auerteretur: sed eum qui, si ipse vellet, nūt hinc auerti posset. Si ergo voluntas est ipsius animi motus internus, ipse sibi *Animus* huic causa erit aversionis. Ac obsecua Dei solertia. Nam manus in cum in medio eorum quæ semper sursum semperque medio situs, deorsum sunt, quædam exsistere media, quæ alias vel ad cœlū supernis, alias infernī assimilarentur, & extrema ascendere. cum vniuersi perfectione deuinirent, nutus vero & propensio ad inferiota suborta vim habet eam quæ ros descendere potest. auerti a recto queat: tantam nesciis hisce vim impertiit, ut quoad ipsa vellent, inconcussa manent, & ipse vnde cuncti nullius auctor mali conuinceretur. Atq; hæc prolixus tractata, non ad ea solum pertinent, quæ nūc ab Epicteto dicuntur: sed ad eas quoque declaranda, quæ de mali ortu & causa paulo post idem docebit. Nam in præsentia quidem hoc utique satis est, cum dicit Epictetus. Velis ea quæ fiunt, ita fieri ut fiunt: cum non loqui de animi improbitate (neque enim ille dixerit, bene agi cum illis, qui & sua & aliorum improbitate delecentur) sed de iis quæ corpori & rebus externis accidunt, quibus homo eruditus cuiuscunq; fuerint modi recte uti possit, & quoduriora fuerint, eo fructum ex his capere vberiorem. Nam illa sunt ea quæ fiunt, quæ nos, dum ineruditissimus, nostris appetitionibus & declinationibus congruere volumus: non autem ipsæ appetitiones & declinationes, in quibus bonum & malum nostrum est situm. Hæc enim penes nos sunt, nostrique arbitrii. Quæ autem nostri iuris non sunt, ea suadet ne studeamus fieri ut volumus, quod id nec penes nos sit, nec perpetuo nobis expediat: qui s̄p̄ea quibus delectamur, quamuis pernitsia, fieri cupiamus: asperiora vero licet medicinæ loco adhibeantur, recusemus.

## E P I C T E T V S.

**M**Orbus est corporis impedimentum: instituti non item, nisi ipse velis. Claudicatio pedis est impedimentum,

dimentum, instituti non tem. Quod si singulis in rebus  
que incidunt, considerari: inuenies eam alterius cu-  
sus piam ei, non tui, esse impedimentum.

## • S I M P L I C I V S .

Qui res secundas sibi esse velit, non id operam  
dare oportere dicitur, ut ea quae sunt, ita sicut vixie  
velit, sed ut ita sicut sunt. Quibus verbis simul  
id quod nunc propositum est, indicat, externarum  
rerum difficultates serendas esse modice: simul, ut  
opinor, quiddam quod obici possit dissoluit. Ac  
probatio huiusmodi fere mihi esse videtur. Si qui-  
dem nostri iuriis essent externae difficultates: vel sic, fortunatum  
quia nobis expedient, aequis animis, licet acerbo incommodo  
res fuerint perserenda. Si vero nostri iuriis non sunt, non perire  
sed eorum quaelibet alterius cuiusdam: quid mole- ad animū,  
ste serimus aliena? Morbus corporis est impedimentum nec eius esse  
Et resto impedimentum dixit, non mala.  
lum. Neque enim corpori malum est morbus aut  
interitus, vi prius est demonstratum: sed impedimentum actionum illius est claudicatio, qua ipse  
prædictus fuit Epictetus. Quare verba eius non ex  
ore, sed ex animo deponuntur. Claudicatio igitur  
pedis est impedimentum: paupertas impensæ, non  
voluntatis nihil ipsa velit. Quod si corpus esse mus,  
aut pes, aut pecunia, nostrum ista essent impedimentum.  
Quia vero nihil horum sumus, sed animus rationis particeps, corpore pro instrumento  
vtens & rebus externis ad ministerium: & quia bo-  
num & malum in voluntate situm, ab ipsis non im-  
peditur, nos quidem impediti constat, neque no-  
strum esse impedimentum quicquid extrinsecus  
acciderit, sed singula alterius aliquid, quorum nos  
nihil sumus: neque ob illa non succendum, quasi  
nostra essent. Ita enim sit, ut voluntas ob res alienas  
suo labore malo, & gritudine. Et sic id quod pro-  
positum est, demonstratum esse arbitror. Soluit enim Et agrotum  
id quod ab utili obici queat, ut Rhetores dicunt. Et pauperem  
Dixit enim aliquis agiotare aut egere, non esse officio posse  
jungi.

vile. Quis enim ægrotans muneribus naturæ fungi potest? Quis in extrema inopia qua rendo vietui inuigilare non cogitur? Hoc igitur argumentum soluit, quod morbus, paupertas & id genus incommoda, non sint impedimenta voluntatis, a qua tunc natura hominis, tum bonum & malum pendeat. Quis enim verat ægrotantem naturæ suæ amplecti consentanea, declinare contraria? Extrema vero inopia, quomodo impellit suscipere aliquid bono viro indignum? An non & Diogenes & Crates & Zenon tum germane philosophati sunt, vitamque naturæ humanæ consentaneam & tenacitatis diuitias, oculatis quidem hominibus tum vel maxime demonstrarunt, copiis & opibus cum extrema inopia commutatis? Quis vero tales virum æquo animo non alat? Quis non accipere se potius quam dare beneficium existimet? Atque adeo, quid alia exempla requirimus, cum is ipse qui hoc dicit Epictetus, & seruus fuerit, & infirmo corpore, & ab incunectate claudus, & extrema paupertatis ita studiosus, vt eius domuncula Romæ nullis vñquam claustris eguevit? vt in qua nihil esset præter lectulum & culeitram iu quibus dormiret. Et is est qui dicit, Claudiacionem pedi esse impedimento, non voluntati: nisi ipsa voluerit, oratione e vita sua de-promta, nec in eo laborat, vt illa proferat quæ vulgo laudantur, id quod plerique facimus. Quare huius viri sermones felicium animorum specimen germanum exhibent.

---

### E P I C T E T V S.

**Q**uicquid inciderit, in eomento, ad te conuer-sus, inquirere, qua facultate sis ad usum eius instruēsus? Si quem formosum formosamue videris: ad eam rem temperantia facultas in promtu erit. Si labor obiectus fuerit, tolerantiam reperies. Si conuicium, patientiam inuenies. Quod si te ita consueceris, visis non obtemperabis.

## S I M P L I C I V S.

Magna quædam proposuit, quæque multis non posse fieri videntur: cuiusmodi est, morbum corporis ab Epis-  
tola ad Corinthus. ut alienum malum esse despiciendum: velle quem-  
que debere, ut ea quæ sunt, ita sicut sunt: item pium. nec  
nec externarum rerum suavitatibus nos demulceri,  
neque molestius affligi oportete. Merito igitur nunc  
ostendere instituit, fieri ista posse, nec negata esse na-  
turæ humanae quæ præstare iubemur. Ostendit  
autem hoc modo: Humanum animalium sic esse con-  
ditum, ut non semper supra maneat, ut angelicas, &  
præ his diuinæ mentes: sed ut & ad ortum aliquan-  
do descendat, & huiusmodi rebus confligatur. Da-  
tas igitur unicuique vites & facultates, quibus per-  
manere incolamis, illasque res vincere & superare  
possunt: aduersus opinionem rerum iucundarum,  
continentiam (Dixit autem continentiam, & non temperantiam, quia cum iis qui adhuc erudiuntur sermo institutus est) in quibus commouentur qui-  
dem affectus, & cum ratione certant: sed vincun-  
tur, si ratio efficax fuerit. Atque hoc est continens *Tanquam*  
vita genus, quemadmodum cum non vincit affectus puer a papa  
& tum ratio, sed ipsa vincitur: is habitus inconti- gogo, sic af-  
fensus dicitur. In iis vero qui perfecte sunt erudit, *feliciter a ra-*  
*affectiones, quæ puerile quiddam in nobis sunt, tione cobi-*  
*perfeste & citra controuersiam rationi parent, ut ab bendi,*  
*iis tantum mouentur que ratio iussit, & quando*  
*& quateus: estque temperantia incolamitas & "*  
*dominatus rationis nostræ. \* Diuiditur enim hec, "*  
*cum ab affectibus subigitur, ab eisque discerpitur:*  
*viua vero manet & integra, cum affectiones supe-*  
*rat. Ad ies porro laboriosas & molestias eruditis* *adspicitur.*  
*fortitudo præsto est, quæ dolorem ne ad vestibulum*  
*quidem animi accedere patiatur, sed omnia a-*  
*spera tanquam exercitationis ergo libi obiecta, sine*  
*molestia & afflictione perferat. Iis autem qui*  
*erudiuntur tolerantia succurrat, abiectis molestiis* *expugna.*  
*generose resistens, atque efficiens ne animus con-*

cidat, sed pugnet & propulset doloris iactus. Nam a-  
ceris tolerantiae aduersatio victoriam rationi con-  
fert, perturbationi cladem. Quæ si sœpe adhibita  
cum prudentia fuerit, perturbatio assuecit parer-  
rationi, & non aduerteri: quippe iam erudita. Ne-  
*Frustratio.* que iam opus est, ut cum molestia toleretur ali-  
*Perpessio.* quid. Neque enim qui talis est, adhuc dolet. Neque  
*viscera.* enim appetit quicquam, neque frustratur vlla se, neque declinat quicquam in quod incidit. Omnis autem dolor hisce de causis excitatur. Ad conuiti-  
um poro propulsandum patientia præsto erit. Ne-  
que enim laborem, neq; afflictionem suapte na-  
tura conurium iis qui id audiunt infert, sed decre-  
tum quod in nobis est siue vanum, siue iracundum.  
Illud quidem tantum facit ut improbet conuicta-  
torem. Ne igitur ex affectu nostro improbatio illa  
fiat: cognoscenda quidem est conuictatoris impro-  
bitas (aut enim falso conuictatur, aut ob simulta-  
tem aliquam) ipsum vero conuictum ferendum,  
cum nihil nobis noceat. Quid vero si conuictatoris  
improbitas vel hac de causa, quod is ipse laeditur, fe-  
renda est, qui voluntatem suam, hoc est, qui scipsum  
contaminari?

*Calumnia-*  
*tor seipsum*  
*ludit.*

*E conuictis*  
*fructum ca-*  
*pere licet.*

*Fabius:*  
*Licet ipsa*  
*vitium sit*  
*Ambitio,*  
*frequenter*  
*tamen cau-*  
*sa virtu-*  
*tum est.*

E conuictio autem etiam fructus ali-  
quis est capiendus, isque haud dubius, si falsum id  
fuerit. Atque adeo etiam si verum fuerit, quod ma-  
lum aliquod nostrum retegit, aut nobis ignotum.  
aut ut notum sit: eiusmodi tamen, quod latere alios  
putemus. magnam enim hoc vim habet ad tirones  
eruditionis cohibendos, qui nondum propter so-  
lum bonum, sed & ex ambitione sordidiores affe-  
ctus moderantur. Utile enim est ad affectuum qui  
in nobis vigent, correctionem ambitio. Vnde extre-  
ma tunica perturbationum ambitio dicitur, quod  
reliquis perturbationibus ipsa adiutrice exutus a-  
nimis, hanc postremam exuit, ut tandem ad ipsum  
bonum nudus perueniat. Non debemus igitur (in-  
quilt) a quolibet externo casu nos ad res externas  
trahente, statim assentiri viso eius, quo id quod ac-  
cidit bonum malumve dicitur, neq; appetitionem  
aut

aut declinationem statim commouere: sed iis auxiliis, quæ intra nos habemus, accitis & adhibitis, quicquid incident propulsare.

## E P I C T E T V S .

**N**unquam te quicquam perdidisse dico, sed reditum est. Filiolus obiit? Reditus est. Pradium est erupsum? An non id quoque est redditum? At improbus est qui eripuit? Quid id tua refert, per quem is quid dederat, abs te repetieret? Sed quandiu concesserit, tazquam alienum, id curato, ut cauponam viator.

## S I M P L I C I V S .

De rebus externis usurpandis, deque terum quarundam euentu locutus, & vt rebus oblatis tam suauibus quam molestis vtendum sit: nunc quemadmodum iis animis affecti esse debeamus, docet. Ut autem is qui sua se retur amittere, non dolet, & creptorem accuset, fieri nequit. Qui vero aliena reddit, nisi plane sit iniurius, neque dolet, neque succenset sua regent. Res externæ porro nostra non sunt, eoque nec in potestate nostra sitæ: sed sola hæc nostra sunt, desiderium, apperitio & declinatio, in quibus bonum & malum nostrum situm est. Quæcum ita sint, plane persualum atque in promptu habere debemus, res omnes externas nobis esse alienas. Erit autem in promptu, si non verbotenus duntaxat pro alienis ea habuerimus, sed nos ad rem ipsam consuecerimus. Qui igitur filio mortuo plorat, eoque se priuatum queritur: eni<sup>m</sup> apparet sic affectum esse, quasi cum prius suum fuisse sensisset. eaque de causa annullationem vocat restitucionem, etiamque moleste fert: nec obscurum est, talem, si posset, vlturum esse creptorem. Qui vero se alienum restituuisse putat, nec se ipsum affligit, nec cum accusat qui repeatit id quod dederat. Observabis autem quid nobis per hac ostendat Epictetus: quod non in modo cogitatio suam affectionem orationi quæ ab ea profertur imprimat, sed etiam verbis ex-

*Alienare dimus.*

*Nostra retinemus.*

*Vt ab animi affectionib. sermo prof. ciscitur: sue affectiones animi ser- mones exci- tantr.*

citentur cogitationes, atque afficiantur. Sunt igitur (inquit) res externæ alienæ appellandæ, ut ipsis non-minibus admoniti alienas eas iudicemus, siisque tanquam alienis utamur, & hoc ipsum semper de eis sentiamus. Et quoniam earum cura & studium.

*Res externæ* amorem etiam erga illas auget: hæ quoque ut re-  
ita curande bus alienis adhibendæ sunt, curandæ sunt illæ qui-  
nobis, ut vi-  
atoris diuer-  
sorium: sed non negligendæ: sed non ita curandæ, quasi  
propriæ, quæque eripi nequeant: sed ut diuerloriū  
viatores, qui & alienum id esse norunt, seque statim  
id relicturos cogitant. Dum vero adsunt, commodi-  
tatis eius pro virili rationem habent. Præclare au-  
tem *Q V A E D B D E R I T* inquit, ut in promptu sit, ab  
alio esse data, eadem erepturo. Quia vero sunt, qui  
etiam erectionis modos ad augendum molestiam  
exaggerent: Quare mihi sic, aut illo modo eripuit?  
Cur sic perii puer, aut vxor? Facile ferrem, si febre,  
non conuulsione dececessisset? Perinde est (inquit)  
istud, ac si moleste feras, quod is qui dederat, per  
hunc illud, non autem per alium eripuerit. Enim  
uero eum quis suo arbitratu dedit, etiam suo arbitra-  
tu repetere decet. Exempli autem loco protulit Epि-  
ctetus ea quæ maximam commiserationem mouent,  
liberos, vxorem: cum quibus reliqua comparata, vel  
a quibus liber contemnuntur. Sed quod ipse prius  
dixit, quodque post repetet, a paruis auspicandum  
est. Furatus est aliquis pecuniam: ademit seruulum  
aut ædes, atq; etiam rem familiarem publicauit, ne  
dicas ea te perdidisse, sed reddidisse.

---

### E P I C T E T V S.

**S**i profcere studes, istiusmodi cogitationes missæ  
facito: si mea neglexero, non erit unde viuam.  
Nisi puerum castigaro, malus erit. Praestat enim pe-  
rire fame, timor ac molestia expertem: quam copia  
omnium rerum circumfluentem, animo vivere per-  
turbato. Et puerum malum esse praestat, quam te infe-  
licem. A paruis igitur auspicare. Oleum effunditur?  
villum

**V**illum surripitur? Subiecte tibi: Tanti vanit trans-  
quillitas, tanti constantia: gratia autem nihil acqui-  
ritur. Cum vero puerum vocas, fieri posse cogita, ut  
presto non sit: Et, ut sit, nihil agat ex animi sui sen-  
tentia. Neque vero si tam bene sit, ut tuarum persurba-  
tionum habeat illa potestatem.

## S I M P L I C I V S .

Res externas pro alienis curandas esse, & ut di-  
uersorum a praetereuntibus, praecepit. Auditau-  
tem dicere quosdam: Si mea neglexero, non erit vn-  
de viuam. Nisi castigaro seruum, improbus erit.  
His respondet, primum sermonis institutum ob-  
seruans, quo bonum & malum nostrum in rebus  
quaes in nostra potestate sitae sunt collocatur, non  
autem in corpore, neque in rebus externis. Pertinet  
autem ad eos oratio qui adhuc erudiuntur, necedum *Auditorum*  
eo peruenient, vt simul & seipso & res externas *discrimina-*  
*citra noxam curare possint. Hoc enim eruditorum* *confiderant-*  
*est qui in tuto collocati, brutam sui partem rati-*  
*oni obedientem præbuerunt: neque iam verentur,*  
*ne forte foras prominentes, a brutis appetitioni-*  
*bus ad res externas pertrahantur, earumque con-*  
*fusionem & perturbationem admittant. Hi enim*  
*cum intra sele maneat, res etiam externas suo*  
*ordine moderantur. In quibus autem appetitus*  
*adhuc seruet, iis periculum est, si ad externa con-*  
*vertantur. Nam brutæ appetitiones illis cognatae*  
*sunt, nec dum moderatæ aut rationi subiectæ, eam*  
*detrahunt & deinerunt in res externas, nondum sua*  
*gubernacula tenentem. Quid ergo faciendum est,*  
*ne is qui eruditur, rebus necessariis egeat? Dici qui-*  
*dem potuisse, eius qui institutui frugalitatem de-*  
*trimentis rei familiaris ab incuria ortis facile posse*  
*opponi, cum eum paucis contentum esse in primis*  
*conueniat. Si vero ne hæc quidē suppetant, non de-*  
*fore qui & paucis contentum, & ob lumen ipsius curam*  
*rei familiaris contemptorem alre velint. Licuius-*  
*set igitur, ut dixi, talibus verbis respondere, ac vere.*

*Rei famili-*  
*aria detri-*  
*mentis oppo-*  
*nenda fru-*  
*galitatem, &*  
*alienum*  
*auxiliu-*

At istis talibus rationibus tanquam mollibus, & neros virtutis incidentibus, eiusque puritatem contaminantibus, si omnibus modis externarum rerum accessionem & adiumenta desideret praetermissis, ad summum ipsius compaitationis ascendit: præstat fame emoi doloris & timoris experientem, suamque perfectionem consecutum, quam animo perturbato copiis omnium rerum circumfluere.

*Natura cō-  
uenerter  
vuenti ma-  
gna opes in-  
utiles.*

*Nos meti p̄sos  
curemus po-  
tius quam  
famulos.*

*Eob annis:  
Ab imis quo  
bene summa  
persas, noue-  
ris esse viā.*

*Rara exem-  
pla pericu-  
loſa.*

Quæ enim copiæ rerum externarum vtilitas ei est, qui naturæ congruerter viuit, cum potius illis lœdatur? Quis v̄lus est sumtuosarum & variaum epularum, ei qui per valetudinem citra noxam illis frui nequit? Illud etiam præstat, corumpi puerum, quam te fieri infelicem. Nam si fieri posset, vt simul & te ipsum conseruares, & puerum curatēs: nihil esset hoc pulcrius. Sin id fieri nequit, duabus de causis tum quod ipse ineruditus alium erudire nequit, tum quod sine v̄llo fructu pueri ipse maxima detinēta capi: reliquum est, vt illum improbitati suę relinquamus, & nosmeti p̄sos curemus. Sic eum qui eruditur ad summa perductum cogit, vt fame perire malit, quam ob extēnarum rerum curam manere ineruditus. Est igitur & pueri iniprobitas negligenda potius, quam mihi calamitas accipienda. In ipsa vero comparatione monet, a paruis incipiendum. Nam & ipsius rei natūram, & tironis v̄ires acute considerat. Moderata enim, & accommodata viribus exercitatio, vt tuta, ita etiam efficax est. Si quis autem moderata tanquam perulgata aspernatus, in effusione olei & vini furto exerceri se noluerit, ac subito ad immoderata perruperit: is neq; hæc tenere poterit, vt qui præter scalas ad ea ascenderit, neque per illa plus proficere quæ contemserit. Finge aliquem in paruis non exercitatū imitari Crateū, & suam rem vniuersam subito abiicere: fieri ne potest quin eum facti pœnitent, neve priorem opulentiam perpetuo requirat? Etsi enim Crateus, Diogenes, Zeno, aut quiuis alius subito summā frugali-

frugilitatem arripuit, vitamque naturae consentaneam: raro tamen hoc est, & non tutum, cum eo quod raro sit, aliquem qui non & ipse rarus quispiam, sed unus homo de multis fuerit, comparare. Cum autem dixerit, quemadmodum initio a patruis factio exercendi simus, ad contemtum imminutæ possessionis & pecuniae, quo magis proficiamus: subiungit, quomodo in famulis etiam, a paucis auspiciari, exercendi simus, ad contemnendani & negligendam eorum nostri incuriam & contumaciam. Ea enim est animo nostro affectuenda opinio: puerum vocatum aut non prestat fore: aut ut praestato sit, imperata non facturum, et que sic informandus animus, ne tam bene cum illo agatur, ut illius causa perturbari me velim. Nam quæ subita & improuisa tironibus honestæ disciplinæ obvinciuntur: ea vehementer illos perturbant, & velut de gradu deiectos eo redigunt, ut instituti sui obliuiscantur. Præmeditatio vero sobrios & memores facit, atque ipsa assuetudine ad ea præparat quæ viles & ipei aspera sunt. Quantum autem inter sit præparatum *Fraus et tela* aut imparatum aliquid excipere: cuius est peiuspi *minus ferocium*. Neq; enim res acerbæ tantum, sed & iucundæ sunt. Nam præter spem oblatæ, animos perturbare solent. Nam molesta quidem subito obturant & contrahunt visionem, vnaq; cum ea & corporis & spiritus temperamentum. Iucunda vero subito diffundunt & diuellunt, ac dissipant robur animorum. Ille fit, ut similes calus vtraq; horum quantumuis inter se contraria sequantur, ut animorum deliquia, ut rigores & examinationes, ac ipsa prope mox. Atq; hæc quidem perspicua sunt. Cæterum Epictetus in *Et præparatio aliaum rerum imminutione monet subiiciendum* *suo diligens*, esse: Tanti venditur vacuitas a perturbationib. tan- & vtilium ti constantia & animi tranquillitas, gratis vero ni- rerum cum hil aequirritur. In servis autem, si quis vocet famu- *animi tran-* lum, in primis esse cogitandum, omnino fore, ut aut *quillitate* præsto non sit, aut ut præsto sit, imperata non factu- *comparatio*, rum. Præclatum igitur fuerit, utrumque piæceptum *comulgæda*.

vtrobique coniungere, & ad eandem rem accommodare. Nam & rei familiaris diminutio ante sibi velut ob oculos ponenda, & animo concipienda est, & seruus siue vocatus non audiat, siue quod iussus fuerit non faciat, subiiciendum: tanti venditur vacuitas ab angoribus, & animi tranquillitas & constantia, gratuito vero nihil contingit. Ipse autem fortassis in effusione olei, aut vini furto, ut rebus vi- lioribus præparatione nihil opus esse censuit, sed sat sibi esse ea verba, vbi tale quid acciderit subiungere. In rebus etiam minorib. comparatio hæc satis habet virium ad mouendos animos: siquidem vilium rerum olei & vini iactura eo quemuis adducere potest, ut eas cum vacuitate a perturbationibus, & animi tranquillitate & constantia permuteat, nec ad tempus duntaxar, sed constanter & perpotuo, si quis in hac quasi mercatura solerter nauarit operam. Quis enim, ut Homericus Diomedes, aureis g̃rea non permuteat? Quis vero maxima animi bona, rerū exte- ntarum iactura non redimat? Etsi aliquando ipsa etiam iactura vitari potest: & ipsa præparatio satis est, ut iacturam illam tua nihil interesse putas.

---

### E P I C T E T V S.

**S**i proficeret vte: ne recusa, quo minus ob rerum ex- sternarum negleg̃tum, amens & fatuus habeariu.

### S I M P L I C I V S.

*In honesto* Multi rebus externis studemus, non modo pro-  
proposito nō uentus ergo rerum necessiarum, sed & ob vitan-  
reformidan dam apud alios ignauiae & amentiaz opinionem. Ut  
da cauilla- igitur istam quoque visionem reprimat, tironem  
tiones impe- monet proficiendi cupidum, ne propter eam rebus  
ritorum. externis se dedat, internis neglectis. Nam qua ista  
ratio est, permanere amentem, ne ab amentibus  
amens iudicetis? Ac ipsa illa assuefactio, ne amenti-  
um in degenda vita iudicium sequi velis, eosque  
nihil cutes, vtunque de te lentiant, sed in rectam  
rationem

rationem intuens, & iudicium eorum qui rationi conuenienter viuunt, sequens res tuas administres, ad vitam naturae hominis, qui est rationis particeps animal, parandam, plurimum confert.

## E P I C T E T V S .

**N**E quid scire videri velis. Quod si quis alio esse vide aris: ipse tibi diffidito. Scito enim facile non esse, insitum tuum in eo statu, qui est natura consentaneus, conservare, & res externas amplecti: sed aliter non posse fieri, quin id alterum qui cures, alterum negligas.

## S I M P L I C I V S .

**I**N eo vehementer elaborat Epictetus, ut tironis *Ostentatio anima*, tempore institutionis praesertim, ad seipsum *doctrina* & connectat. Quoniam igitur non rei modo familia- *vana glori- tis* cura mentem ad *res externas* pertrahit, sed etiam, *ole studioru* & quidem *magis*, *vana gloriola*: *admiratio*: *fugiendum*, politioribus etiam hominibus, & iam aliquo usque progressis obstrepit: hanc quoque radicitus extirpari uebet. Nihil, inquit, scire videri velis: non quod scientia desiderium impedit, sed ut ostentationis reprimat cupiditatem. Haec enim cum inflat animum, & ad externa trahit, coquere redigit ut ad vulgi opinionem non suo iudicio vitam instituat: tum ea opinione vulgi contentum ad veram scientiam contendere non sinit. Reste autem non dixit, Nihil videare, scire: sed, Ne videri velis scire aliquid, Nam existimatio de nobis, non est nostra, nec in potestate nostra sita: velle autem nostrum est opus. Quoniam igitur saepe aliquibus aliiquid videmur, etiam iniuiti: tum ipse, Tibi, inquit, diffide. Id enim adiumento est, ne quis populati se celsitate submittat, caue contentus discendo exercendoq; si longius non progrediarur. Sibi autem non multum placere nec magnifice de se se sentire, ad eos qui erudiuntur pertinere constat. Nam ei qui scientia copos, de se ipso tuto &

vere iudicare potest, non opus est sibi ipsi dissidere. Opinio porro in animis existit, non scientiae tantum, sed & modestiae, aut iustitiae, aut fortitudinis, aut prudentiae, aut cuiuscunque virtutis aut ciuilis facultatis, aut dignitatis humana conditione superioris. Hæc, & id genus alia omnia, minuta particula Aliquis, complexus est, cum dicteret: Ac tametsi aliquis aliquibus videbere. Mox communem conclusionem subiicit tam his quæ nunc, quam iis quæ antea dicta sunt, de rerum internarum cura, non esse facile tironi & voluntatem naturæ consentanea tueri, & res externas appetere, siue pecuniam, siue gloriam. Voluntatis enim gubernatio, naturæ consentanea, complectitur earum rerum, quarum in nobis sita est potestas, studium: & earum quæ nostri iuris non sunt, contemtionem. Contentio vero de rebus externis contrariū constitatur. Quare in utroq; elaborare tironi difficile est. Caute aurem non dixit, non posse fieri, sed non esse facile, ob rara ingenia & raros motus excellentium ingeniorum. Sed necesse est, inquit, vnum utrum recte administrare volueris, prorsus negligere alterum.

## E P I C T E T V S.

**S**i in id studies, ut liberi tui, uxor, amici, perpetuo vivuant & floreant: stultus es. Nam quæ in tua potestate non sunt, ea in potestate tua esse vis, & alienæ esse tua. Sic etiam, si puerum peccare non vis, stultus es. Id enim postulas, ut vitium non sit vitium: sed quiddam aliud. At si eo quod appetis, frustrari non vis, hoc quidem potes.

## S I M P L I C I V S.

*Expetenda  
& studio  
digna.*

Studio digna sunt, quæ & rite confici possunt (nam qui in rebus irritis elaborat, desipit) & quæ decent illum qui id studium suscipit. Alienæ enim curare, superuacaneum est. Præterea studio dignum est, si res propositæ habent aliquid operæ præium, firmitatem

fimitatem & constantiam. Quis enim cordatus homo in rebus vilibus, vacillantibus & studio indignis, suum studium consumat. Tironem igitur a studio rerum externarum auocatum, diuisione rerum nostri & alieni arbitrii initio proposita: externa quæ sunt, aliena etiam esse declarat. Neque enim penes nos sunt aliena, ut demonstratum est. Qui igitur liberos, qui vxorem & amicos viuere vult, aliquid vult & expetit eorum quæ in nostra potestate sita non sunt: eaque de causa nostri arbitrii non est, eo potiri. Quatum enim rerum potestas nostra non est, ea plane consequi non possumus: sed eorum est illa dare, quorum est potestas. Præterea res externæ suapte natura sunt viles, caducæ, infirmæ, incertæ. Mortalia enim, instante fato, mori necesse est. Item, qui postulat ut famulus seipso inter Heri postfundit sit melior (id quod nobis sœpe accidit, qui pec-  
lant, ut ser-  
cata seruorum ægie serimus) stultus est, cum ea si sint ipsis desideret, quæ fieri nequeunt. Nec enim fieri potest, meliores.  
quoniam animus brutam sui partem in degenda vita sequens (siquidem animi virtutem est, perperam agere)  
virtutem agat. Necesse igitur est earum rerum studiorum, quæ nec fieri possunt, & alienæ caducæq; sunt,  
& facile amittuntur, frustrari iis, frustratumq; dolere & plorare. Si ergo frustrari nolumus: in rebus quæ nostri sunt arbitrii, elaborandum erit. Nostri autem arbitrii est, ea expetere, quæ secundum natu-  
ram nobis conueniunt. In eo igitur, & non in rebus externis studium nostrum consumamus.

## E P I C T E T V S .

**C**uiusq; dominus iste, qui ea qua ille vult, aut non vult, potestatem habet vel conferandi, vel eripiendi. Quisquis igitur liber esse voleret, nequecupias quicquam, neq; auersetur, eorum quæ penes alios sunt. Si minus, seruire necesse erit.

## S I M P L I C I V S .

Ethocrum externarum criminacionem conti-

*Duram ser-* net, & animorum ad eas propensionis, ob quam  
*uitutem ser-* non modo frustrati iis quæ appetimus, & oppressi  
*uiūt, qui res iis quæ declinamus, doleamus & ploramus: ied et*  
*externus de-* iam seruire, nec vni solum, sed multis, interdum  
*siderant.* etiam acerbis dominis cogimur. Cuiusque enim,  
 inquit, herus & dominus est is, qui potestatem ha-  
 ber, ea quæ ille vult, & desiderat, ut conferendi, aut  
 auferendi. Nam iis qui nostra desideria explorare pos-  
 sunt, nos summittimus, paremus, & servulē in mo-  
 dum ministramus, ut nobis morem gerant. Et iis  
 qui ea quæ habemus, eripere possunt, cum timore  
 adulamur: tremimus, & demulcemus eum ut do-  
 minum, qui ea quæ nos declinamus nobis inferte  
 potest, ne inferat: & qui eripere potest, me eripiatur.  
 Constat autem & externa & nobis aliena esse ea, quo-  
 rum alii potestatem habent vel conferendi, vel au-  
 ferendi. Nostrarum enim rerū nos domini sumus,  
 & in nostra potestate illæ sunt. Quod si bonum est  
 libertas: si liberi non autem serui esse volumus: nec  
 appetamus quicquam quod penes alios est, eadem-  
 que non declinemus. Alioqui multifariam seruire  
 necesse erit, ut res desideratas & consequamur & re-  
 tineamus: ut declinemus res fugiendas, nec in eas  
 incidamus. Vide autem, ut quavis in re binos do-  
 minos habeamus: alterū intus, alterum foris. Bru-  
 tutus enim appetitus ratione commota, hoc est, nobis  
 ipsis, quorum natura pendet a ratione, & capta, iam  
 vna cum illa seruit externo domino: ut non modo  
 serui, sed seruorum serui simus. Ac alii quidem serui  
 saltem in somnis ab heris suis discedunt, & aliquid  
 vacationis ab eis impetrant. Nos vero etiam in so-  
 mnis perulantibus, iniuriis, & monstrosis edictis  
 immitium istorum dominorum paremus: nec, vbi  
 iugum eorum subierimus, ullam vacationem ha-  
 bemus: sed alias factis, alias verbis, alias imaginib-  
 us & visis ab eis exagitamur. & ( quod peius est )  
 cordatiores serui absurdā heroum mandata inuiti  
 exequuntur: nos vero & lātamur, & rationes com-  
 miniscimur, quibus ea vel consequamur, vel deci-  
 nemus

*Bini domi-  
 ni, alter in-  
 ternus, alter  
 externus.*

nemus que illi imperant, nunquam sine damno & deimento.

## E P I C T E T V S .

**M**emento sic in vita esse versandum, tanquam in conuiuio. Si quid circumferendo ad te peruenierit, porrecta manu partem modeste capito. Prateris? Ne detine. Non dum adest? Ne longe appetitū extendito, sed expecta dum ad te perlungum fuerit. Sic erga liberos, sic erga coniugē, sic erga magistratus, sic erga diuitias, si affectus fueris, aliquando dignus eris conuiuio deorū. At vero si oblasta etiam non acceperis, sed despexeris: non coniuio deorum modo, sed & Imperii consors eris. Sic enim cū facerent Diogenes, Heraclitus, & similes, merito diuinis, ut erant, ita & dicebantur.

## S I M P L I C I V S .

Tironum ad res externas propensione multifariam refrenata: ne proflus ab eis dehortari videatur, quem ex eis, & quomodo percipiēdæ sint, docet. Supra dixit, necessariis aut alioqui vita vtilibus rebus obiter esse vtendum, ad nauem animo semper intento. Nunc vero monet, quæ ex his dentur, modeste esse accipienda: vt vxorem, liberos, principatum, diuitias, & id genus alia, sed appetitum ad ea non extendendum esse. Sed si data auferantur ( hoc enim verbum præterire significat opinor ) non esse retinenda vi: sed eorum exceptionem ægre non serendam. Sin nondum adiunt, ne appete eas, neque totus in desideriis & vissis istis esto, & tui ipsius & profectus tui oblitus. Atque etiam si data fuerint, ne lœtabundus & caudus in illa totus incumbas: sed sobrie, modeste, & summis ( quod aiunt ) digitis eas attingito, vt iis & imperare, & vt oportet scruquas, supra eas emines, & non demersus in iis. Conuentum autem eorum qui eodem in loco a Deo tanquam conuiuatorie congregantur, conuiuio comparat, in quo quisque sibi attributis epulis, congruerter appetitionibus suis fruatur, alias modeste, & pro natura sua, & ex sententia conuiuatoris;

*Vita conuiuio simile.*

alius incepit & petulanter, tam sibi inutiliter, quam contra voluntatem conuiuatoris. Quod si quid, inquit, eorum quæ vulgus maximi facit, datum non acceperis, sed despiceris, ut Crates & Diogenes fecerunt, qui rogatus ab Alexandro quid vellet? Recede, inquit, e sole: nam apricabatur. Itaque miratus Alexander magnitudinem animi eius, operauit, si fieri posset, ut Diogenis similis euaderet. Si minus: ut maneret Alexander. Qui igitur, inquit, ea etiam cum dantur, non accipit, sed alpernatur, & ad eam vitæ excellentiam contendit, quæ agnitione & ortu sciungitur, non compotormodo Deorum, sed & collega in imperio euadit. Nam prouidentia Deorum in ortu hominum curando, contubernales sibi facit eos, qui ex eorum sententia vitam degunt. Si vero sciungantur, & super omnia eminant (Nam quod pro auctoritate imperat sciunctum est ab eo quod paret) hæc eadem imitatores sui animos ad imperii societatem vocat. Nam tum in sublimi versantes, vniuersitatem rerū tanquam ab ea exempti & liberi, vna administrant. Quare (inquit) iij qui hæc despicerunt, Heraclitus & Diogenes, diuini & erant, & iure appellabantur. Diuini n. sunt, qui secundum id quod in ipsis sumnum & sciunctū est a contagio corporis, ætate exigunt. Quod enim ab omni parte summum, diuinum est. Omnium enim rerum summum fastigium est Deus.

## E P I C T E T V S.

**C**um eiulantem quempiam videris in luctu, siue per eum profecto filio, siue rebus amissis: caue ne te visum illud moueat, ut existimes, versari eum in malis ob externa: sed statim ipse tecum distinguito, sicut in promptu, ut dicas, Iustum affligit non casus ille (alium enim non affligit) sed conceperat de eo opinio. Ac oratione quidem tua eiue perturbationi subservire, ne dubita: atque adeo, si res ita tulerit, congemiscere. Canebis autem, ne intrinsecus etiam congemiscas.

## S I M P L I C I V S.

Sicut in iis rebus externis quæ experendæ videntur, non præproperum esse, nec eas audire accipere oportet, reputantem, cuiuscunq; sint modi, bonum nostrum in iis non esse collocatum: ita in iis etiam externis rebus, quæ fugiendæ videntur, constantem esse decet, quod nec mala nostra in rebus externis sita sint. Cum igitur ciulanem, inquit, aliquem videris, siue filio mortuo aut peregre agente, siue re aliqua sua perdita: ne te visum id impellat, ut cum ob res externas in malis esse existimes. Neque enim in rebus externis mala nostra sunt, sicut ne bona quidem. Cur ergo iste plorans, tanquam malus sit is euentus, affligitur? Nec is enim sua natura talis est. Alioqui omnes affligent eos quibus euenisser. Sicut id quod natura calet, omnes eos a quibus attingitur, calefacit. At vero Anaxagoras auditio filii *Anaxagori* sui obitu, placido simul & magno animo: Noram, *r. m.* inquit, me cum genuisse mortalem. Quid ergo affligit istum? Quod opinatur sibi aliiquid accidisse mali, id est quod eum affligit. Opinio autem nostra est. Itaque verum malum eum affligit: verum id non in rebus externis positum est, sed in iis quantum potestas in nobis sita est, ut hoc illoue modo res zelimeamus. Quid ergo? Vir bonus non afficitur eorum dolore, qui affliguntur, & improbabco *Aliorum* *stultitia de-* rum opinione ipsos neglet? Nequaquam. Sed *lenda.* tempori seruendum, & quadantenus assentendum illis, cum oratione dolorem pre se ferente: tum, si opus sit, una gemendo, idq; non simulate (nec enim bonum virum decet simulatio) sed illud gendum est, tantam esse hominum imbecillitatem, ut istiusmodi res gemiu dignetur. Est autem animaduersione dignum, quatenus ista progreedi affectio debeat, ne eo veniatur, ut ipse etiam ex animo proprietatem illum ingemiscas. Neque enim opem ei ferre iam potens qui lamentatur: cui affectui interdiu qui vult, cum vt & aliquatenus ab eo affectu

*Qui ipso a-  
greditur, mo-  
deri alteri  
non potest.*

retrahat, & aliqua modo eidem subseruat oportet, ipsum in tuto coilocatum. Neq; enim is qui omnino in suo statu permansevit, retrahet eum qui ab flumine abripitur, nec si totus cum eo abripiatur. Qui enim rebus humanis plane exemptus est, cum immisericors videatur, nihil valet apud eum qui angitur. Ei vero qui eodem affectu vincitur: ipsi consolatione est opus.

## E P I C T E T V S.

**A**ctorem esse fabula tuis, qualis magistro probata fuerit, te memento: si brevis, brevis, si longa, longa. si medicum agere te voluerit: fac eam quoque personam ingenioser represtantes. Ita si claudum, si principem, si plebeium. Hoc enim tuum est, datam personam bene effingere; eam autem eligere, alterius.

## S I M P L I C I V S.

Prius conuiuio vitam hanc, & externarum rerum usum comparauit: & qui eas largitur Deum, coniuvatori, qui liberum nobis fecerit oblata vel accipere vel repudiare eaque de causa nostram appetitionem instar paedagogi informauit, ac docuit, quemadmodum res externæ tam præsentes, quam præteritæ & futuræ sint amplectendæ. Nam in conuiuiis suo quisque arbitratu vel abstinet appositis, vel fru-

Vita quid est aliud nisi in ea versantur ut fabulae actores, Deum vero ut æscena? Aut dilem & magistrum describit: in qua eam personam quæ assignetur vel accipere vel repudiare, non sit nostrum. Omnino enim necesse est eam accipere, qualia multa sunt quæ a fato dependent. Eisi enim penes nos est, aspernari diuitias: paupertatem tamen aut morbum vitare, non omnino penes nos est. Et si nobis licet non esse dominis aut magistratibus: at quo minus seruiamus aut pareamus, non est nostri iuris. Quare in his nostri arbitrii est usus, & bonum aut malum nostrum quod ad hoc attinet,

attinet, non in accipiendo, aut non accipiendo, ut ante dictum est, sed in appetitu & visu est situm: qui nostri iuris est, vt ea vel bene vel male tractemus. Nam bene morbum aut pauperitatem ferre, & iis uti quae vel vltro vel coactus acceperis, in tua potestate est: vt & in scena, vbi singulis histrionisibus aptam fabulam personam imponere, sive regis, sive serui, sive insanii, qualis est Orestis, eius est qui fabulam edit, quiq; tam personarum que in ea sunt, quam histriorum ingenia perspecta habet. Sed impositam personam belle representare designati histrionis erit. Quare sepe seruus, aut mendicus, aut furiosus probatur in fabula: diues autem, aut imperator, aut rex improbat, cum illi datam personam belle exprimunt, hi vero suam male, prout utrique in eo elaborarunt. Sic etiam fit in vita. Quot enim regibus, diuitiis, robustis, seruus pauper & claudus Epictetus, tam a chorago & magistro Deo, quam ab huius vite spectatoribus est prælatus, qui personam sibi impositam bene & ex magistri sententia egit, & quod in ipso fuit, probe administrauit? in quo bonum & malum hominis situm est, & id quod a cordatis hominibus vel laudetur, vel vituperetur.

*Epiictetus,  
regius his-  
trio.*

## E P I C T E T V S .

**S**ic orarius inauspicatum crocitarit, ne te visum illud moueat: sed ipse tecum dividet statim, & dic: Nihil istorum mihi protenditur, sed aut corpusculo meo, aut recula mea, aut extimationi, aut libria, aut uxori. Mihi autem fausta omnia portenduntur, si ego voluer. Quicquid enim istorum acciderit, ex eo penes me est, fructum ut capiam.

## S I M P L I C I V S .

Caput hoc, mea quidem opinione, si præpositum superiori suisset, suum locum tenuisset, post id quod præcedit, cuius initium est: Cum ciuilantem quempiam videris in luctu. Nam ibi cum dixisset,

non affici oportere eorum dolore qui ob externæ alicuius rei iacturam in malo sibi esse videantur: neque assentiri, talem in malo esse. Siquidem nostri boni & mali vis ac summa in iis sit, quæ in nostra potestate sita sunt. Nunc, siue augurium, siue omen, siue diuinatio mali aliquid portendere tibi videatur: ne sic quidem, inquit, assentiaris: sed sepositis corporeis & externis rebus cogites, bonum & malum tuum penes te esse. Si igitur ipse in malo esse nolueris, ista quæ portenduntur mala, non tibi portendentur, sed aut corpori tuo, aut famæ, aut opibus, aut liberis, aut uxori. Tibi vero prospera omnia significantur, si ipse vis, quia penes te est bonum & malum tuum. Atque adeo fieri potest, ut mala quæ videntur in rebus externis, tibi prosint: & tanto magis prosint: quanto maiora videntur, si recte ea tractaris. Atqui si ea tua mala essent, nocerent, non iuuarent. Quoniam igitur ijs & iuuari potes, nec tibi quicquam accidet mali nisi ipse velis: etiam ea quæ portendi mala videntur, si volueris, non tua mala erunt, sed eorum alicuius quæ extra te & a te sciuncta sunt.

## E P I C T E T V S.

**I**N iuctus esse potes, si in nullum certamen descendas,  
quod vincere tuis arbitriis non est.

## S I M P L I C I V S.

Quod dixit, nihil tibi portendi mali, nisi ipse volueris, ut in tua potestate sit, non esse in malo: eius subobscure, ut opinor, his verbis causam & rationē assert. Nam penes te est, nunquam cum externis rebus congregandi & certare, siue appetendo siue declinando: in quibus aliquando vinci necesse est, aut frustratum rebus desideratis, aut circumuentum declinatis: penes te est in ijs solis versari, quibus ne unquam frustrere siue appetendo siue declinando, tui est arbitrii. Id vero non aliud est, quam si dixisset:

scit: ut nunquam succumbas, sed perpetuo sis inuitus, penes te esse. Quod si hoc illud eriam penes te est dubio procul, ne nunquam sis in malo. Nam qui in malo est, a malo vincitur. Si penes te est ne nunquam in malum incidas: illud etiam penes te erit, ne quid nunquam tibi mali porrrendatur. Recte igitur dictum, Nihil tibi portendi mali nisi ipse velis: hoc est, nisi in certamen descendas, cuius victoria penes te non sit: hoc est, nisi in rebus externis bonum tuum & malum tuum collocaris.

## E P I C T E T V S.

**S**i quem igitur eximius honoribus affectum, aut amplia potestate praditum, aut alioqui florenter in virtute: vide ne quando beatum illum prades, visorum impetum fecutus. Nam si in rebus nostra potestatis subiectu' via tranquillitatu' consisterit, nec inuidia nec emulatio locum habebit: tuq; ipse non Imperator, non Senator, non Consule esse voles, sed liber. Adeam autem rem via unica est, eorum qua in potestate nostra non sunt contemtio.

## S I M P L I C I V S.

Cum inquietum esse dixisset cum qui nullum de rebus alienis certamen suscipere, exempla vero eorum quibus haec prospere euenisse videntur, & emulatio aduersus eos & inuidia vel in primis coatrahunt: compendio demonstrat, eorum neminem qui bonum humanum querunt, nunquam inuidere aut emulari. Nam si bonum humanum in rebus nostris potestati subiectis situm est: qui vero populari honore, potentia, gloria praecellunt, nihil eorum habent, quae in nostra potestate sita sunt: huiusmodi homines, ne bonum quidem habere homini conueniens constat. Quid ergo loci aduersus istos habeat inuidia, aut emulatio? Nam & inuidia dolor est, ob alienum bonum ortus: & emulatio teror quidam voluntatis exequandi se cum eo

*Inuidia.**Emulatio.*

quod bonum habetur. Nascuntur autem hæ perturbationes ex eo, quod quiuis homo ipsius naturæ impulsu honoris est appetens, nec paribus de dignitate vult concedere. Itaque si qui sunt infirmioribus ingeniis, qui ipsi nihil proficere possunt, proximum quenque deprimendo æquare illum aut etiam superare contendunt, & successibus aliorum dolent, quæ est inuidia. Nam ad eum qui cum bene agitur, vel agi videtur, inuidia velut arreptit, in primis vel genere, vel studio, vel fortuna parem. Nemo enim vel prorsus eminenti vel omnino inferiori inuidet, neque cum talibus certat quipiam. In quibus vero aliquid animi & neruorum est, hi inflammati auditate feruntur, vt illos strenue progreddendo vel æquent, vel superent, cum quibus sibi certamen instituerunt. Quare inuidia semper est vitiosus affectus: æmulatio vero cum virtutem spectat, bona est, & cognata boni amoris: cum autem res externas, mala, nec inuidia melior. Si ergo & inuidia & æmulatio opinione boni excitantur, honos vero & potentia & celebritas nominis, quæ vulgo in bonis habentur, bona non sunt, cum bonum in rebus nostræ potestati subiectis sit collocatum, constat, in iis inuidiam & æmulationem nihil habere loci, si quidem veritas spectetur. Non decet igitur, eum qui eruditur, ihuidendo vel æmulando eos, quibus ista ad voluntatem fluere videntur, in eis bonum collocare. Libertas enim ei expectenda est a suis temerariis affectibus, nihil autem rerum externarum. Vna vero, inquit, ad libertatem via dicit, rerum quæ in nobis sitæ non sunt, despiciencia: quæ nos & libertate priuant, & victoria. In his enim & frustrati, estiis quæ appetimus, & in ea quæ fugimus, incidere. In his versantur brutorum nostrorum affectuum appetitus, & tyrannis eorum, quam in nos exercent. Quamobrem rebus externis despiciendis, etiam cognatas cum eis appetitiones, veluti sociis destitutas, rationi præbemus obedi- entes.

*Inuidia.*

*Æmulato-  
res.*

*Via libe-  
ritas.*

## E P I C T E T V S .

**M**emento, non cum qui connicetur aut verbo-  
ret, auctorem esse contumelia: sed opinionem de  
eis tanquam contumeliosis conceptam. Cum igitur te  
quisquam irritabit, opinione tua se irritatum esse fecit.  
Quapropter in primis operam dato, ne visa tibi assen-  
sum extorqueant. Nam si semel tempus & moram  
imperavit, facilius ipse tibi imperabia. Mors & exi-  
lum, & omnia quae in malis habentur, ob oculos tibi  
quotidie versentur: omnium vero maxime mors. Sic  
nihil tanquam humile cogitabis, nec impensa cupies  
quicquam.

## S I M P L I C I V S .

Rursus eleuatis iis quae in rebus externis haben-  
tur bona, & via vnuca ad libertatem demonstrata,  
terum quae nostri arbitrii non sunt, contentione;  
qua contra haec asserti possunt vel oratione, vel ti-  
ronum tacita cogitatione, dissoluit, ipsi eruditio-  
nis principis innitens. Occurritur autem ei hoc *Pauper u-*  
*modo:* Si res externas despicerimus, eaque de cau- *big. incep.*

sa viles & inopes permanserimus multas potentio-  
rum iniurias perferemus, cum & nullis muniti pre-  
sidus simus, & eis adulari recusemus. Nam & con-  
uiciantur & verberant, & variis nos contumeliis af-  
ficiunt, & quae habemus eripiunt, & relegant, inter-  
dum deniq; nos occidunt. Ipse vero ad haec respon-  
det: nihil esse in istis graue, quod aliqui omnibus  
graui viderentur: sed opinionem quae ea grauia  
faciat, esse grauem. Quare non istos, cum talia faci-  
ant, contumelia nos afficiere: sed quae in nobis sit o-  
pinio[n]e, qua nos affici contumelia putemus, eam  
esse quae contumelia nos afficiat. Opinionem au-  
tem & existimationem de ea, nostrum opus esse.  
Nos igitur a nobis ipsis affici contumelia. Neque *Crimen seu*  
vero grauem rem esse, aut indignatione dignam, *veru[m] seu fal-*  
*contumeliam*, inde constat. Aut enim verum est *sum*, aquosa  
crimen, aut falsum. Si verum: cur moleste ferimus *rendum a-*

veritatem? cur facere non piget, audire piget? Sin falsum: ille qui mentitur: læditur. Quid igitur agendum? Ne tibi assensionem extorqueat visum contumeliae, ut vocifereris, & lamenteris, te in malo esse existimans: sed spatium ipse tibi præbeat rei considerandæ, cuiusnam modi sit. Nam si temporis aliquid & morte impetraris, repentinum obiectum te non commouebit, sed simul interim tranquillus eris: simul spatum habebis principia doctrinæ promendi, & distinguendi, vtrum ille casus in nostra potestate sit, an non? Quod si in nostra potestate non esse cum inuenieris: adiunges, neque bonum neque malum nostrum esse: & penes te esse eo pro bono vti, & fructum inde capere, magno animo eum despiciendo. Ne autem assentiare, plurimum tibi conserret tacendi consuetudo: si quid tale acciderit, donec æstum animi deferibusse intellecteris, & eanem tuum internum latrare desilisse. Fertur enim & Socrates, si quando commotus esset vehementius, prorsus tacuisse. Cum his, mea sententia, statim reliqua sunt connectenda, coniunctione sub-intellecta, vt dicas: Mors vero, exilium, cæteraque omnia, quæ in malis habentur, quotidie tibi sint oculos, &c. Cum enim communis sermone de omnibus externis casibus, & rebus, vt habentur, formidabilibus disseruisset, nullam earum neque terribilem, neque contumeliosam, neque noxiā esse, sed opinionem de iis conceptam esse, quæ damnō aut contumelia nos afficiat: id adiumentum ne visis assentiaris, aduersus conuicia & verbera subiecit, ne iriteris ab eis, aut concidas. Aduersus exilium autem & mortem, & id genus alia grauiora, aliud remedium excogitauit, ne illa putemus nunquam ad nos peruentura: sed continenter expectemus, ut quæ aliquando eueniant. Nam si ratio demonstrarit, res externas neque bonas esse, neque malas, & consuetudo nobis eam quasi naturam attulerit, vt aduersus ea vt visitata & quotidiana affecti simus: nec ijs quæ molesta habentur, de-

*Canis inter-  
rior.*

*Silentium  
Socratis.*

*Diuersorum  
morborum  
diuersare-  
media.*

primie-

primemur: nec suauium rerum imagine vltra modum alliciemur.

## E P I C T E T V S.

**S**apiens studium suscipere cupis? Statim te para, quasi susurrum sit ut deridearis, ut multi te sub sannent: ut dicant, te subito philosophum extitif se: ut roges, unde supercilium istud? Tu autem supercilium ne habeo: ex vero qua optima tibi videbuntur, sic teneto, quasi a Deo sis in ea statione collocatus. Ceterum memento, te, si in eodem statu per manseris, iis tandem admirationi fore, qui te prius deriserunt. Sin eis succubueris, dupliciter fore deridendum.

## S I M P L I C I V S.

Tot præceptis omnes homines, quatenus homines sunt, hortatus, ut rebus externis earumque admiratione, ut alienarum, relata, in semetiphs bonū & malum querant, id quod libera voluntate, appetitione ac delectu præditos animantes deceat: iam velut cum ijs qui aliquantum profercent, & philosophiam ament, loquitur pleraque, & huius desiderii principium statim præmunit, ea que initio talibus euenire soleant prædicens, ne de improviso obiecta perturbent, & destruant institutum. Nam plerique mortales, eos qui a consueta viuendi ratione recedere volunt, moleste ferre consueuerunt: & alias ne peius cum ipsis agi videatur, familiares *Philosophi* præsertim derident & sublannant: alias, quasi præ- derisu ex- ter meritum insolecentes, opprobris petunt, irati. positi. que simul & inuidentes, alacritatem corum retun- dente student. Itaque multi hoc derisu, his annis, hisce opprobiis vici, desertis ordinibus ad prislinæ vitæ consuetudinem redierunt. Neque vero vultu & gestu tantum ridentur, sublannantur, conuiciis exigitantur omnes: sed nonnulli cum ipsis, tum qui eorum institutionis adiutores sunt, capitis & fortu-

narum discrimen adeunt, partim a cognatis ex amore, quod existimant eos vitæ inutiles fore: partim ab alienis, qui tum excellentiæ vitæ elegantioris inuident, tum ob sui suæque vitæ contemtura irascuntur. Fit autem omnino, ut aliqui philosophiam & bene viuendi rationem auspicati, ingenii quadam bonitate & singulari felicitate, nondum tamen proorsus ab ea occupati, sed spe quadam & nuda imagine eius excellentiæ præ reliquis vitæ generibus imbuti, eo sese efferant, quia nondum eo peruererunt. Nihil enim æque a philosophia & reæ viuendi ratione alienum est, ac elatum supercilium, & inanis ista elatio, diuinum illud de seipso cognoscendo præceptum non reputans: quod & principium & finis est philosophiæ totius, & omnis reæ viuendi rationis.

Statim igitur his indigni vindicentur, qui se efferunt. Nec enim ab animi magnitudine ista oritur elatio, sed est tumor inanis & præter naturam, ad exteriora se diffundens, auulsus ab interioribus. Nam salubris magnanimitatis ea ratio est, quæ corporis. Id enim naturalem affectiōnem interiorum partium sequitur, totumque fusum æquabiliter, perpetuam temperiem & proportionem exteriorum ad interiora conseruat. Monet igitur philosophiæ cupidos, vt cum quidem affectum caueant, ut & hominibus inuisum, & causam cur iis penes quoniam est & facile & iure struantur insidiæ. Sin putus ab eo fueris, ne risus, sannas & probra cures: sed diligenter cogites, quid sit homo, & quid tali naturæ conueniat: constanterque in secta vitæ melioris, velut e Deo incitatus, permaneas. Nihil enim maius deorum immortaliū munere hominibus datum est philosophia. Atque adeo ipsi derisores ostendunt se magnifice de philosophia sentire: nos autem ut ea indignos deridere, cum dicunt, Iste nobis subito philosophus est reuersus.

*Risus in ad-* Multo autem magis, si mansuetis & moderatis morationem ribus institutum nostrum ad finem vsque tenueris versendus. mus, admirabuntur: cum ipsius philosophiæ pulchritudinem

*Elatio ani-  
mi vanita-  
tis argumen-  
tum.*

*gratia omnia.*

*Philosophia  
excellens.*

etitudinem & grauitatem in eo perspexerint, qui pridem contemnebatur. Si vero, inquit, deis uero  
victus, ab insicuto recesseris, & ad prioris virtutis con-  
suetudinem redieris: conduplicato risu exciperis.  
Nam primus ille risus, te proficiente & deridenti-  
um admirationem consecuto, nihil ad te pertine-  
bat, sed in eos ipsos retorquebatur. Sineis cessestis: *Risus ob le-*  
*tum & illo risu dignus eris, qui clauam post cothurn-*  
*um artipe instaureris. & virtute ratione vili & feu-*  
*gi suscepit, ad philosophiam accesseris: & alterum ri-*  
*sum ipse ultro merito eliceris, deserta acie in qua*  
collocatus fueras, risu & sannis aliiisque nugis hosti-  
um adeo nequam ab ea depulsus. Merito igitur du-  
pliciter deridebitur, qui & amentium risu nihil ad  
se attinente, si institutum suum tenuisset, vixus  
fuerit, & iustum iam ac prudentem sui derisum at-  
traxerit. Hæc magnas vires habent ad iuuandum  
animum profus enervatum, ut pulcherrima quæque  
consilia ubique persequatur. Sociam enim ei hone-  
starum quoque rerum gloriam facit, iustos neruos  
addentem rationi, eaque se repugantem, quod ho-  
norem non per se omnino, & propter honorantes  
amplectamur, & extrinsecus locemus bonum: sed  
quod eo argumēto colligamus, nos habere aliquid  
boni, & honore digni. Quare non cuiusvis honor  
est admittendus, sed prudētum tantummodo, quo-  
rum testimonii tuto credi potest.

*Gloria testi-  
monium  
virtutis.*

### E P I C T E T V S .

**S**i quando acciderit, ut foras promineas, & alicui  
placere cupias: te desatione tua deieciūt esse sci-  
to. Quare in omnibus rebus illud tibi satius sit, te esse  
philosophum. Si alicui etiam videri philosophus cu-  
pias, nbi videre: idq; tibi satius esto.

### S I M P L I C I V S .

Dixit ea quæ optima videantur sic tenenda esse  
nobis, quasi a Deo mandata sint: & si recta consilia

persequamur, fore ut ii nos admirarentur, qui antea deriserunt. Sin cesserimus, conuplicatum nos derisum lucrifacturos. Nunc in genere his subiungit, si a te ipso ad externa conuertaris, ut alicui placeas, institutū philosophi destrui, quod ad eum ipsum & ad Deum sit conuertendum. Eo, igitur, inquit semper contentus esto, quod sis philosophus. hoc est, vir bonus. Sin eo non contentus, etiam elucere bonum tuum cupis ( nam vera bona & pulchra celari nequeunt) quo magis credere possiste esse bonum, si tua bonitas conspicatur: tum quoque, inquit, aciem tuam non in res externas & populum intendito, qui talium rerum iudex esse nequit, sed tibi ipsi te videri est satis. Cum enim iam philosophoris ( cum eo enim sermo habetur ) simul & tuum institutum tenebis, ad te ipsum conuersus, simulq; te ipsum tui ipsius iudicem habebis populo potiori. Obseruabis autem disserimen eius quod ante illi dictum est, qui eiudiri incipit, & huius quod nunc appetenti philosophiae dicitur. Ibi enim dicebat, nihil proflus scire videri velis. Quia is utique populo doctus videri volebat, & illa gloriola attinens, iudex sui ipsius idoneus nondum erat. Hic vero, quia paratior est auditor ad conuersionem ad semet ipsum, conspicique se vult, ut testimonium habeat suae bonitatis: ideo re ipsa contentus esse iubetur. Sin etiam videri vis, & iam tuus esse iudex potes: tibi ipsi videre, inquit, atq; id satis erit. Quid vero si aliam quoque utilitatem caput hoc affert? Nam mihi quidem videtur admirabilis hic vir, caute loquens, si quid dixerit quod perperam accipi queat, statim errorem illum corrigere. Cum igitur prius dixerit: Si in iisdem perseveraueris, qui te dum deridebant, admirabuntur. Sin ab eis victus fueris, conuplicatum risum lucrifacies: itaque videretur ab externo iudicio suspendere auditorem; hac admonitione a rebus externis eundem reuocat, & ab aliorum opinione foras trahente animum & contaminante, ad se ipsum reuocat: qui est puerissimus;

*Differimen  
tia auditorum.*

*Epicetus ca  
uet, ne sua  
dicta perpe  
tam accipi  
antur.*

mus: & cum ab omni vanitate sit alienus, usum aliquem praebet. Nam cordatis iudicibus videri bonum, firmum certe argumentum est bonitatis. Hoc igitur, ut opinor, cum spectaret, dixit: Tibi ipsi videre, idque satis erit.

## E P I C T E T V S .

I Sta cogitationes ne te crucient, fore ut sine honore vivas, & nullo sit loco. Nam si honore carere malum est: nihil magis per alium in malo esse potes, quam in virtute. Nunquid igitur tui munera est, imperio potiri? aut ad conniuicium adhiberi? Nequaquam. Qui igitur ea iam erit ignominia? Qui nullo usquam loco eris. Quem in iis solis aliquem esse oportet, qua penes te sunt, in quibus vel summo loco esse potes? At nihil opis amicis feres? Quo pacto istud accipis? Non argentum abs te habitur sunt? nec eos in Romanam ciuitatem adscribes? Et quis tibi dixit, ea penes nos esse, & non aliena munera? Quis vero id alteri preslet, quo ipse caret? Parato ergo, aiunt, ut & nos habeamus. Si parare quo, conseruata verecundia & fide & animi magnitudine, vosq; eius rei viam ostenderitis, parabo. Sin id possulatis, ut bona ego mea perdam, quo vos ea quae in bonis non sunt, acquiratis: videte ipsi quam iniquis sit, & temerarius. Virum vero praoptatum? pecuniamne, an amicum verecundum & sincerum? Ad hoc igitur adiumento mihi est: non autem possum, ut ea faciat per quae illa sim amissurus. At enim, patria per menil affert adiumenti. Cuiusmodi quo adiumentum? Porticus per te non habitura est, non balnea. Istuc vero quid est? Negat enim calceos habet per fabrum ferrarium, negat arma per sutorum. Satis autem fuerit, suo quemque fungi munere. At si quem alium ei ciuem instruas integrum & verecundum: nihilne eam iuuares? imo vero. Proinde ne tu quidem patria fueris inutilis. Quem ergo locum, inquis, habebos in urbe? Quem poteris integritate & verecundia conseruata. Sin illi profuturus,

haec abieceris: quis eis fuerit usus tui, qui impudens & perfidus eunseris?

## S I M P L I C I V S.

*Philosophati-  
turi aut in-  
opia, aut de-  
risum, aut  
contemptum  
sunt timent.*

Homines in animi sui curam intenti, alii alii rebus distrahuntur: eoque sit ut quædam & sibi met-  
ipsis, & iis qui ipsos ad meliora hortantur, oppo-  
nent. Acij quidem qui modo cœperunt erudiri, vt  
humiles & abiecti adhuc, dicunt: Si mea neglexe-  
ro, non erit unde viuam: Ni famulum castigato,  
euadet improbus. Qui vero iam profecerunt, hæc  
vt parua despiciunt: itaque sibi fidunt, vt quod ad  
quodvis munus obeundum sint idonei, se fame  
non perituros credant. Sed quo pacto fungantur  
officio, quod & bonum sit & honorabile anguntur.  
Nam verissimum honorem hi expertunt, & ignomi-  
niā fugiunt, & amicis ac patriæ succurrere vo-  
lunt. Hincigitur argumenta petunt, quæ nunc or-  
dine omnia & præclare confutat Epictetus. Ac pri-  
mum commune illud ponit, ab ignominia sum-  
tum: Si a rebus externis foroque recessero,

*Quod solet exornare viros, illustribus atticis.*  
vt Homerus ait: sine honore viuam, nulloque nu-  
mero ero. Hoc argumentum hac ratiocinatione sol-  
uit: Ignominia malum est: Malum in nobis situm  
est, vt & bonum. Quod vero in nobis situm est, id  
nobis nec ab alio, nec per alium accidit. alioqui... n.  
haud situm in nobis esse iam diceretur. Ignominia  
igitur quoties adsuerit, in nobis sita, & in nobis ipsis  
inest: siue nos alii nullo, siue aliquo honore di-  
gnentur. Non igitur ignominia aliorum est pesti-  
mescenda, ac ne ignominia quidē iudicanda: siqui-  
dem ignominia, si malum sit in nobis erit. Sed iam  
etiam propositiones videanius, quam vere sint ad-  
hibita. Ignominia, inquit, malum est. Nam si bonū  
honorabile est, in quo consentimus omnes, ignomi-  
niosum & ipsa ignominia malum erit. Nam si bo-  
num esset, honorabile esset, & non ignominiosum.  
Ad hęc, bonum est honos, quia bonis omnibus non  
ueri

*Penes nos  
est, ne in ho-  
noratisim⁹.*

*impula ma-  
lum.*

uenit. Nam & Deo, & geniis, & bonis hominibus conuenit honos. Quia de causa cum bonus sit, care-re honore malum esse constabit. \* Nam si contra-gia vna existunt, yna etiam tollentur. Contrarium autem est honori, carere honore: vt bono malum. Bonum vero nostrum, quilibera voluntate prædi-ti sumus, & malum in nobis & nostra opinione esse situm, neq; contra voluntatem nostram ullum vel bonum vel malum nobis accidere: prius vtique de-monstratum est, nec repetenda sunt eadem. Si ergo ignominia in nobis sita est, & in nobis ipsis inest, cum adest: non honore carebimus, quamuis res exte-ternas plane despexerimus. Nam si in nobis situm non est, ad ipsi magistratum, aut in consilium adhi-beri, aut in uitari ad conuiuum: non consequi hæc, malum nostrum haud fuerit. Itaque ne ignominia quidem nostra, siquidem ignominia malum est. Sed quid illud sibi vult? Non potes in malo esse per alium, non magis quā in turpitudine. Nam sententio-*la hæc duriuscula esse videtur.* \* Illud autem, non posse quenquā in male esse per alium: euidens esse videtur. Nam quia bono euidentius est honestum, *Honestum.* corrigit hoc eius occulta copulatione. Ut enim bo-nō honestum, quod Græci τὸ ἀρετὴν eo vocant, quod demulcit, delinit, ad se vocat, & amorem omnibus conuertendi se ad ipsum ingenerat: sic & turpe malo clarius & euidentius est. Turpe autem dicitur, ob prauum usum voluptatum. Hoc vero consilio sit, & non per alium. Si quis ergo per alium in turpitudine esse nequit, nec in malo magis esse po-test per alium quam in turpitudine, cum ne in ma-lo quidem per alium esse constat. Siquidem nihil est causa, cur magis in malo sit quā in turpitudine. Malum enim æque in nobis situm est, atq; turpi-tudo. Fortassis autem euidentior erit oratio, negan-di particula transposita, \* vt sit, magis sic quam in turpi, & dicit: non posse te in malo esse per alium, vt ex particula magis, orationis confirmatio luma-tu. Habe, autem veri aliquid oratio, si cogitemus,

Rhetorū sen Rhetores honestum & turpe laudabili & vituperatentia, honesti definire, & vulgi iudicio subiicere. Vtile vero atstū & turpe que inutile, siue conducibile & noxiū ( quod per opinione, bo- inde est ) itemque bonum & malum, non institutum & ma- aliquo aut hominum iudicio, sed natura esse, affilum natura mare. Quantum igitur ad hanc quidem causam at- confitat.

tinet, quo tui pitudinis iudicium reprehensoribus\* non permittitur, ait: Non fieri potest, ut magis in malo per alium sis, quam in turpitudine. Si ergo fieri nequit, ut propter alium in turpitudine sis, ut ante dictum est: multo minus fieri potest, ut in malo sis per alium, quam in turpitudine scilicet. O- mnino ergo fieri nequit, ut sis in malo per alium. Quomodo autem, inquit, nullo vsquam loco eris, si Reipub. gubernandæ potestate careas? Num obli- tus es, non hunc esse locum, in quo bonum & ma- lum humanum situm est? Sed id situm esse in ap- petitione, declinatione, iis denique rebus quæ tibi parent, in quibus tibi quantius pretii esse licebit, si eas naturæ congruenter tractare volueris? Cum igi- tur & boni locum in te ipso habeas, & in eo quanti- uis pretii esse possis, cur te nullo vsquam esse loco dicis? Eo nimirus, quod haec tenus bonum in re- bus externis collocas, quas germanus philosophus contemnere necesse habet. At vt ego, et si tacuero,

*Amicos ad-  
iuuandi ho-  
nesta eipi-  
ditas.*

in me ipso magni esse pretii possim: amici tamen, inquit, nihil a me iuuabuntur. Hæc eius est oratio, qui aliquantum prosecit. Is enim, quod ad se attinet, saepe res externas contemnit: sed amicis opem ferre cupit, quod id bonum iudicat honestumq; es- se: eaque de causa nonnunquam & opes & potesta- tem ciuilem desiderat, ne suis amicis sit inutilis. Soluit igitur & hoc, argumento ab iis, quæ in nostra potestate sunt, petito: & comparatione, quod sit vtilior amicus is qui bona fide colat amicitiam, illo qui pecuniam & potentiam conferat. Ab iis quæ in nostra potestate sunt: quod pecunia, ciuiles potes- tates, honores, in nostra potestate non sint. Quæ si quis philosophorum habeat, alacriter elargiat ir, sec ac

Seque accipere potius ea re quam dare beneficium existimet Sin us careat: nullam amicitiae faciat iniuriam. Quis enim alteri det, quod ipse non habet?

Parato igitur, inquiunt amici, vt & nos ea habeant. Propter amicitias. Equidem si ita parare possim, vt & vir bonus eos, & dini permaneam, & vobis fidelis amicus, neque quicquam admittam philosopho indecorum: parabo, statem pavos viam ostendite. Ac videtur hic vir concedere, rare licet.

interdum parare opes propter amicos, & adipisci magistratus, si ista sic parari tenerique possint, vt ne quid admittatur ea vita indignum, qua natura instituto viro sapienti conueniat. Sin hoc maxima ex parte fieri nequit, & eum qui haec consequi velit, necesse est institutum proprii sui boni perdere: illud utiq; Parato vt & nos habeamus, nihil aliud est, nisi petere vt meum bonū amittam: hoc est, animi ratione Iniqui flagitatione prædicti bonum, quo homo homo est. \* Alia tatores.

objēcta sunt aliarum appetitionum. Ingrati, vācordes hi & iniqui sunt. Iniqui, vt desertores amicitiae. Nam & Pythagoreis auctoribus, amicitia est æquaritas: & iniquum est, amicum extrema calamitate velle afficere, bruta tuæ cupiditatis explendæ causa. Ingrati & vācordes, qui amico illorum commodis ex animo inservienti, talia mandent: nec quantum interfit videant, inter id quod amicus ille obsequens perdit, & id quod ipsi consequuntur. Nam is quidem boni maximus iacturam facit: ipsi vero non tantum non suum bonum, sed interdum etiam malum adipiscuntur. Ingratos autem eos amentes fortassis appellat, ob id quod sequitur, quod pecuniam fideli amico & verecundo anteponant. Atque per id euidentius etiam ostendit ralem amicis non fore inutiliem, sed iis qui pecuniam expedient utiliorem. Nam si seruus quoque fideles & verecundi, artificiosis & operosis præstant, plurisque fiunt a dominis: quanto magis tales amici pluris erunt cordatis hominibus, quam ii qui nummulus donant? Nam & ad iucundam vitæ consuetudinem, & ad consilium dandum, & ad tuendas res ca-

*Fidus amicus pecunioso prærendus.*

rissimas ac pretiosissimas, & in periculis & morbis, & post obitū: fideles amicos vtiliores esse constat, nulla in re a familiaribus & amicis discrepantes. Si ergo veri amici sunt, in eo iuuabunt amicum, vt fidelis & verecundus permaneat, etiam priuati sui comodi respectu: neq; id ab eo postulabunt, per quod eo redigatur, vt nec fidelis amicus neque vtilis esse possit. Atque etiam fieri potest, vt per eadem hæc, illud quoque argumentum refutetur: Eorum quæ in te sita sunt, dominus es. Quis vero tibi dixit, In te situm esse, ut patriæ porticus & balnea construas? Quis vero alteri dare id potest, quod ipse non habet? Quod si audierit, Parato igitur, vt & patria habeat: priora illa respondebit. Verum hæc, vt communia, nobis consideranda reliquit, magisque propriam & cognatam multa cum euidentia & vehe-mentia responcionem aduersus patriam attulit.

*Felix ciui-  
tas, in qua  
suo quisque  
munere fun-  
gitur, de ali-  
eno haud so-  
licitus.*

Quid ad te, inquit, si per te patria porticus & balnea non habebit. Neque enim calceos per fabrum ferriatum habet, sed per sutoriem: neque arma per sutoriem, sed per armorum fabrum. Omnis enim resp. tum sibi ipsi vtiliter & iuste administratur, cū quisque ciuis & incola suo intentus operi, aliena non curat: Si & faber ærarius, & quiuis alius opifex curat, vt suum opus reipublicæ prostr. At dicat philosophia studiosius: Ego vero qua re vtilis ero reipublie? Cui viceissim egregie respondet: Si efficeres ut alium ciuem fidelem & verecundum haberet, nonne vtilius ei aliquid quam faber ærarius præstares? Maxime igitur eam adiuuabis, cum aliis ad hunc modum instituendis, monendo docendoque, tum vita & moribus honesti & boni ciuiis munus obeundo, exemploq; tuo lōge maiores quam reliqui sunt operibus afferes ad rem publicam vtilitates. Quem igitur, inquis, in republica tenebo locum? Nam cæterorum quisque suo quopiam munere fungitur, aliis magistratum gerendo, aliis propugnando, aliis aliquid ad degendam vitam vtile suppeditando.

*Doctrina et  
exempla pa-  
triæ iuuas  
philosophus.*

Auctor igitur communiter ad hæc respondet: Quem-  
cunq; ac

cunque locum in ciuitate tenere poteris, conseruata  
fide & verecundia eum teneto. Si vero dum pecunia,  
balneis, porticibus, eam iuuare studes, fidem & ve-  
recundiam amiseris: fortasse ne illis quidem rebus  
eām iuueris semel perfidus & impudens factus. V-  
trum vero magis eam ornant? fideles & Verecundi  
ciues? an porticus & balnea? Verum querendum  
est, quem locum in republica philosophus tenere *Philosophi  
debeat?* Annon eius potissimum, qui hominēs fa-  
ciat, & fidelium ac bene moratorum ciuium quasi  
opifex quidam sit? Nec enim aliud eius munus erit, *locus & a-  
nimus in re-  
publica.*

quam & sese & alios ita repurgare, vt vitam naturae  
humanae conuenientem agant, omniumque com-  
munis pater erit & paedagogus, & corrector & con-  
siliarius, seque curatorem præbebit omnium, & ad-  
iutor erit omnia boni. Congratulabitur iis quibus  
res secundæ sunt, vicē dolebit calamitosorum, cōsq;  
consolabitur. Denique ea faciet, quæ si persua-  
sum haberet, peculiare suum munus esse, & in repu-  
blica locum & curationem, qua omnibus hominib.  
pro virili sua bene faciat. Sin eum ad vnum aliquod  
in republica munus seorsim destinatum videre vo-  
lueris, in bene constitutis ciuitatibus vtique princi-  
patus ei deseretur, vt cæteris antecellenti, ea ratione  
qua ouibus opilio. Erit & senator prudens, & impe-  
rator, si disciplinæ militaris peritus fuerit, vt & con-  
silio & animi robore superior cæteris. Nam Socratis quoque in prælio ad Delium commisso, fortissime pugnauit & per hostile agmen se recipien-  
tem, vnum cum nemo, ut aiunt, persequi ausus  
fuit magnitudine animi eius perterritis omnibus. *Socratis for-  
titudo.*  
Quin & Xenophon decem illis Græcorum mil-  
libus conseruatis, \* Olympico præconio est orna-  
tus. Cæterum sciendum est, malas res publicas *Xenophon.*  
omnino tum animis esse pernicioſas, tum diui-  
nam illustrationem repellere, tum honesta instituta  
conspurcare, tum exempla recte viuendi abolere.  
Quapropter ad veræ institutionis initia plane im-  
pediunt animos, & ad doctrinæ confirmationem.

Si quis tamen in tali republica repertus fuerit animus, singulari quodam fato corroboratus, iis durioribus exercitationibus ad maiorem virtutis perfectionem acuetur. Verum igitur illud est, omnem fortunam, omnem euentum, siue molliorem, siue asperiorem, fructus aliquid atque utilitatis afferre ei qui prudenti delectu, quod in quaque re inest boni, amplectitur.

## E P I C T E T V S.

**E**st tibi pralatus aliquis in conuiuio, aut salutazione, aut dandi consilii officio. Siquidem ista bona sunt, gratulari debes illi, cui ea contigerunt. Sin malis, ne doleas te in ea non incidisse: sed memento, cum ea non agas quibus illa parantur, qua in nostra potestate non sunt, fieri non posse ut eadem tibi tribuantur. Nam qui valebit tantum is, qui fores non frequentat, atq; is qui frequentat? qui non affectatur, atq; is qui affectatur? qui non laudat, atq; is qui laudat? Injustus igitur eris & inexplebilis, si non numerato eo presto, quo illa vaneunt, gravis ea consequi te postules. Age quanti vaneunt lactuca? Ponamus obolo. Si quis igitur obolo numerato lactucas acceperit, tu autem pretio non numerato non acceperis: ne te deterioriore conditione esse putas eo qui accepit. Ut enim lactucas habet ille, sic tu obolum non dedisti. Ad eundem quoq; modum & hic se res habet. Non inuitatus es ad conuiuium alicuius? Nec dedisti quanti venit conuiuum. Vendit autem id conuiuator laudatione, vendit obsequio. Dato igitur pretium quanti venit, sic re tua est. Quod se nec illa vis prestare, & hac accipere: auarus es & vacors. Nihil igitur cena vice habes? Imo habes: non laudasti quem noluisti: non tolerasti eius insolentiam in ingressu.

## S I M P L I C I V S.

Etiam hæc oratio pars esse videtur superioris, reliquis argumentis occurrentis, que ab iis obiciun-

tur qui codem modo sunt affecti. Nam qui ad se se  
conuerterit, & aliis iis externas relinquit, cultu-  
ramque diuitium & potentum despicit, sine honore  
videtur ætatem degere: cum ei complures & in sa-  
lutatione, & conniuio, & petendo consilio præpo-  
natur. Ac potnisset ille quidem rursus etiam sic ab  
eo quod in nostra potestate situm est, aut non est,  
argumentum hoc refellere. Nam si bona nostra in  
nobis sita sunt, ista vero in nobis sita non sunt, ista  
nostra bona non erunt. Verum auctor hac dissol-  
uendi ratione prætermissa, tanquam communis &  
iam tractata, vtitur alia huic loco magis propria,  
quæ recte ventibus subindicet, quo pacto mai-  
rem etiam ex huiusmodi rebus fructum capere pos-  
sint.

Ait autem ea in quibus alii honestioris vitæ  
studiosis præferantur, aut bona esse, aut mala. Sed  
explendæ causa diuisionis adiiciatur etiam, aut in-  
differentia. Multa enim talia quoque sunt. Quod si  
indifferentia, nihilo plus honoris quam ignominie  
habent. Quare hanc diuisionis partem alpernatus  
est Epictetus. Restat igitur, aut bona esse, aut mala.  
Si bona sunt, gaudere ( inquit ) debes, alium ijs esse pīt, Deo si-  
potitum. Hoc enim \* tuæ facultatis est, quæ bene milie,  
cupit omnibus, & gratulatur iis qui bonis rebus po-  
tiuitur. Vide quoq[ue] quantū boni in ista, vt haberet  
ignominia delitescens, elucescat? Hæc n. propriæ est  
similitudo cum Deo, qua iis quæ inferiora, & poste-  
riora Deo sunt, nullum maius bonum contingere  
potest. Deus enim facultate potentissima prædi-  
tus, & omnis facultatis auctor, voluntate etiam op-  
tima, bona omnia, malum vero nihil esse voluit,  
quatenus fieri posset. Cum autem par sit eius & po-  
tentia & voluntas: omnia bona facit, quatenus  
vnum quodque bonitatem iplius capere potest.  
Humanus vero animus facultate summa esse præ-  
ditus non potest, multis etiā Deo posterioribus po-  
tentia inferior. Sed voluntatem accepit a Deo libe-  
ram, cuius ea natura esset, vt bene cuperet omni-  
bus, modo ipsa id decteuerisset. Merito igitur ista ra-

*Argumentū*  
*deī q̄ i. p̄r accom-  
modari po-  
test ad omni-  
um exter-  
narum rerū  
despicien-  
tiam.*

tione potissimum fit Deo similis, cum ex ista voluntate agit: & quamvis omnia bona reddere ut Deus nequeat, ea tamen bona reddit quæ potest: & quantum in ipso est, omnia bona reddit, nō autem quæcunq; vult. Tum enim voluntas vere voluntas est, & perfecta voluntas, cum ei facultas omnis eius qui vult, nauat operam. Eorum enim quæ in nobis sita sunt, domini sumus. Cum autem bene velle omnibus, in nobis sitū sit: cupid bonus homo omnibus hominibus benefacere, nee eis tantum, sed & brutis animantibus & stirpibus, eiusque voluntas usque ad inanima porrigitur. Verum non potest, ut vult, bene mereri de omnibus, quod voluntas quidem in nobis sita est, ista vero facultas non item, cū aliarum plurium causarum adiumenta desideret, earumque præstantiorum nobis. Quare nostrum bonum in voluntate est, quod idem in nobis quoq; situm est. Et hoc quidem ita se habet. Si vero ea de quibus hic agitur, suapte natura mala sunt: rursus ne moleste fert, sed gaude potius ea tibi nō accidisse. Sic bonus homo sui despectum non interpretabitur, non potiri ijs: sed seu bona fuerint, eo quod ijs alias potitus fuerit, seu mala, quod ipse ijs careat, latabitur. Ad hunc modum loco ab utili, ægritudinem istam non potundi ijs quæ dicta sunt, profili gauit. Siue enim ea bona sunt, maius illi esse bonū ostendit, carere eis, qui Dei similitudinem expertat: siue mala, bonum esse in ea non incidisse. Deinceps

*Cultura potius amici.* a loco facultatis, & mox a iusto argumentatur. A facultate: Non posse fieri, ut a conuiuatore tribuantur eadem non colenti, quæ colentibus ipsum tribuantur. Cultura vero est, frequentare fores eius, affectari in fato, omnia eius & dicta & facta laudare. Ut igitur tu, qui, ut philosophus ista non facias, eadem consequare, quæ qui faciunt, non modo fieri non potest: sed iniquitatis etiam est, & inexplebilis avaritia, non dantem ea quibus ille coenam vendit, velle eam accipere. Iniquum enim est, aliena concupiscere. Deinde te coenæ illius expertem, non esse deteri

deteriore conditione eo qui cœnet: euidenter lactu-  
cæ docet exemplo. Nam cum ille cœnam habeat, tu  
habes aliquid cœna præstantius, libertatem tuam,  
non laudandi eum quem nolis, non perferendi ea  
quæ in eius vestibulo feruntur. Si vero & hæc & cœ-  
nam habere vis: & iniquus es, & insatiabilis, & talis  
cum sis minus bonus. Neque enim erit quo sis in  
comparatione melior.

## E P I C T E T V S .

**N**atura propositum ex iis rebus: de quibus nul-  
la inter nos controversia est, cognosci potest. Ex-  
empli gratia: Si vicini puer poculum aut quid alius  
confregerit, in promptu illud statim est, ita fieri solere.  
Scito igitur, si & tuum confractum fuerit, eundem esse  
te oportere, qui fueris, cum frangeretur alienum. Sic  
transfer ista ad maiora. Filius alterius obiit, aut vo-  
x? nemo est quin dicat, humanum id esse. Sin ipsi  
alicui id acciderit: statim, Hei mibi, inquit, o memi-  
serum. Meminisse autem oportebat, ut affectissimus,  
cum tale quippiam de aliis audinerimus.

## S I M P L I C I V S .

Communes hominum de rerum natura notio-  
nes, in quibus non aliud, sed idem sentimus omnes:  
veluti, Bonum esse vtile, & vtile bonum: &, Bonum ab  
omnib. appeti: &, & quale nec superare, nec supera-  
ri: &, Bis duo esse quatuor. haec igitur notiones, & id  
genus alia recta ratione in nobis constitutæ, longoq;  
tempore exploratae, verae sunt, & cum rerum natura  
congruentes. Peculiares vero singulorum notiones  
sepe hallucinantur, alias a sensu decepto acceptæ,  
cuiusmodi est, Lunæ eiusdem esse cum sole magni-  
tudinis: alias a bruto appetitu, & ea est quæ omnem  
voluptatem esse bonum affirmat: alias a ratione  
non latis explorata, cuiusmodi est eorum qui duo  
rerum omnium principia, quimumque corpus esse,  
statuunt. haec igitur & similes de quib. dissentimus,

*Notiones  
Communes  
& Peculia-  
res.*

non omnino veræ sunt, sed interdum eæ quæ sunt hisce contrariae: neque tutum nobis est ex his rerum naturam estimare, quam auctor, naturæ propositum aut voluntatem appellat. Euidens autem illud argumentum est, cum levitatis peculiarium tum constantiae communium notionum, quod idem homo eundem casum aliter si ipsis acciderit, grauius scilicet & imprudentius fere: aliter, si alteri eum accidisse viderit. tum enim tranquillus eum & verius intuetur, magisque cum ceteris hominibus consentit, quibus tale nihil accidit, quique non ex affectu, sed ratione iudicant. Et hoc rei vilis, confracti poculi, exemplo declarat. Nam cum alterius puer poculum confregerit, in promptu nobis est, ceterisque sine affectu iudicantibus, ut dicamus, Ita fieri solere, ut puer aliquando lapsus allidat vitreum poculum, aut ut id delapsum atq; allatum confringatur. Cum vero nostrum confractum fuerit, indignamur, quasi noui aliquid nobis accidisset. Atqui tum quoq; cogitandum erat, ita solere fieri. Hæc igitur, inquit, transfer etiam ad maioræ. Si filius alterius mortuus est, aut vxor; nemo est quin dicat, humanum esse illum casum, facto iudicio secundum communes notiones, naturæq; congruentes. Nam emori hominem, huinanum esse, naturæque hominis mortalis conueniens. Sed cum suus alicui filius moritur, statim auditur, Hei mihi: Me miserum: ploratus, tragiædia: quasi nobis solis contra naturam aliquid accidisset. Meminisse autem oportebat, quomodo alio plorante affecti simus: cogitare nos tum, ut rectum est, non te ipsa, quæ naturalis sit & necessario eueniat, illum turbari, sed suo, quem de re conceperit, affectu. Is vero conduplicatus est, tum quod præter rationem & supra quam decet, rationis particeps animus mortale corpus diligit, quod moriturum esse consentaneum est: tum quod ita vitam instituit, quasi perpetua eius consuetudine frui possit. Maxime autem percellit & perturbat, quod inexpectatum accidit. Nam si

Inexspectata  
ti casus gra-  
uiores.

quid

quidem id meditatum & cogitando quasi familia-  
re factum fuisset, non ita perturbaret atque doleret.  
Cuius rei illud evidens est utique argumentum,  
quod si etiam, qui casum aliquem acerbissime se-  
runt, paulo post ob assueritudinem, quasi nihil tale  
accidisset, leniuntur, & tum notiones naturae con-  
sentaneas promunt: humanum esse, mortale mori  
necessere: nobis etiam satum brevi impendere. Jam  
si post euentum, ob sciunctionis consuetudinem,  
eam tam facile ferimus: etiam ante euentum, sci-  
licet exspectatione sciunctionis, ob assuetationem,  
non adeo perturbatis animis excipiemos. Cuius  
perturbationis illa in primis causa est, quod talia  
non continent ob oculos habemus, nec illis al-  
fuescimus: & quod rebus praesentibus complurium  
hominum animi conformes sunt, ut & in rebus  
secundis eandem semper fortunam exspectent, &  
aliqua molestia obiecta, nunquam ea se liberatum  
sit credant. Altera est, & ea quidem hac non levior,  
nimius & immodicus talium rerum amor. unde  
vel cogitatio sciunctionis, illis est molestissima.  
Nemo enim volens rebus molestis immoratur. A-  
mor igitur in primis moderandus est; vereque iu-  
dicandum, qui sis qui ames: quid sit quod ames?  
Rem esse alienam, & ipsam consuetudinem talium  
quoque rerum asseverare satietatem. Missum igitur  
faciendum, quicquid sit immodicum: & verbis ab-  
stinendum, qua affectionem illam augent, factis-  
que multo magis.

## E P I C T E T V S .

**Q**uemadmodum aberrandi causa meta non ponitur: sic nec mali natura in mundo existit.

## S I M P L I C I V S .

*Disputatio de natura atque ortu malorum, non de natura  
bene explicata tum impietas erga Deum causa malorum ex-  
sistit, tum morum honestaque disciplinæ principia plectatissima  
esse debet.*

pia perturbauit: tum multis, iisque inexplicabilib.  
dubitacionibus inuoluit eos, qui causas illius non  
veras reddiderunt. nam siue quis malum a Deo  
conditum, siue principium esse dicat, vt duo sint  
principia rerum, bonum & malum: multæ magnæ-  
que absurditates sequuntur. Nam principale istud  
*Vnum esse*  
*principium.* pronuntiatum si sit vnum, & communiter utrisque  
insit, iisque inter se contrariis, quo pacto eis conuen-  
tient, si ab una causa ad utrumque pertinente conti-  
neatur? Qui deniq; contraria erunt ista, ni sub uno  
communi genere collocentur? Neque enim diuersa  
plane contraria sunt. neque enim quisquam dixe-  
rit, album contrarium esse calido aut frigido: sed  
quaæ uno communi genere comprehensa, plurimū  
inter se se differunt, ea contraria sunt. vt album ni-  
gro, quorum commune genus est color, nam utrumque  
ex æquo color est: & calidum frigido, quorum  
genus est eodem modo tactilis qualitas. Quamob-rem vt contraria principia sint, fieri nequit: quia  
necessæ est ante ea esse commune genus, atque et-  
iam quia necessæ est vnum esse ante multitudinem:  
quod vnumquodque multorum, aut vnum esse  
necessæ est ob participationem vnius, aut nihil esse  
proslus. Præterea necessæ est ante omnem propri-  
tatem esse principalem unitatem, vnde omnis pro-  
prietas inter multa distributa oriatur. Nam a diui-  
no & principali pulcro pulra omnia prodeunt, &  
a prima diuina veritate omnis veritas. Necessæ igit-  
ur est multa principia ad vnum referri principium,  
quod non ex parte principium quoddam sit, sicut  
reliqua singula: sed quod sit principiorū omnium  
principium & eximum, omniaq; cæteræ in se se con-  
trahat, & omnibus a se principii dignitatem con-  
tinenter proximeq; impertiat, cum ea qua pars est re-  
missione & diminutione. Ac ita quidem absurdum  
est, duo, aut omnino plura uno principia prima sta-  
opinione de tuere. Qui autem duo rerum omnium principia,  
dubius prin**B O N U M & M A L U M** esse dicunt: eum quoque De-  
cipiæ. um quem ipsi bonum appellant, omnium auto-  
rem

*Absurda**Manicheæ**dubius prin**B O N U M & M A L U M**esse dicunt:**eum quoque De-**cipiæ.*

um quem ipsi bonum appellant, omnium auto-  
rem

rem negare, neque ut omnipotentem celebrare, nec summan & omnem ei potentiam tribuere, atque adeo totius potestæ vix lemisset, neq; credere cum qui sibi bonitatis & lucis dicitur, bonitatem & lucem impetrari omnibus, necesse habent. Quæ autem & quanta diuinæ maiestatis probra eorum orationem consequuntur? Nam & timidum eum inducunt, MALVM ipsius finibus appropinquans metuentem, ne in ipsis quoque penetret: ob eumque timorem iniuste atque inutiliter, animos, cum nihil ante peccasset, ut aiunt, sui partes & membra obiciantur. **M A L O**, ut bonorum reliquias tueatur, in star Imperatoris, qui hostibus ingruentibus partem sui exercitus obiciat, ut reliquum conseruet. Hic non sensus eorū est, et si fortasse verbis iisdem non vtnatur. Qui vero, ut ipsi auctores sunt, animas proiecit, proiiciebat iussit, aut oblitus est, aut nō cogitauit, quæ perpetienda essent animis **M A L O** traditis: quippe quæ & vrantur, & in fureagine torquentur, & modis omnibus excrucientur, ut aiunt: idq; cum nihil antea peccarint, & Dei partes sint. Postremo illud addunt, si quæ earum impiæ euaserint (tales autem apud eos sunt, nō cædibus, non adulteriis, non aliis corruptæ vita sceleribus pollutæ, sed quæ duo rerum esse principia bonum & malum negent) eas igitur ad bonum nō reuerti amplius, sed **M A L O** adglutinatas permanere. Itaque & imperfectus ille manet, partibus suis amissis, iisdemque auctoribus (neque enim hoc a me dictum esto) amens & væcors, qui nec quid sibi expediter, reputare potuerit, neque **M A L I** naturam intelligat. Nam quo pacto **B O N I** quali prouinciam intraret **M A L V M**, cum limires eorum ab omni æternitate disternatis separatiq; fuerint, vraiunt, & pro sua natura segregati? A quo autem? Casu mirum, & fortuito. Sic illis casus principium viiq; fuerit, aut ab aliquo vtroq; Sortitio prouinciarum illorum superiore. \* Quo autem pacto illud se habebit, quod id apud eos ante mundum factum est? Boni & Malii. Et quod velut in terra partitionem faciunt? Nam

Orientales, Occidentales & Septemtrionales partes  
**B O N O** tribuunt, Meridionales **M A L O**. Nam &  
 quinque **M A L I** conclauia, velut antra quædā com-  
 miniscuntur: ibique arbores singunt, & animalia  
 terrestria & aquatica, perpetuo interesse pugna-  
 tia: quæ quamuis immortalia dicantur esse ornalia,  
 tamen ab eorum **Q V I N Q U E F O R M I** deuoren-  
 tur. Cum autem ab initio loca natura distincta fue-  
 rint: fieri qui potuit, vt in **B O N I** partem **M A L V M**  
 penetraret? Quomodo & contrarium fieri potuit?  
 Sic enim album, quamvis album maneat, nigrum  
 erit: & lux, cum maneat lux, tenebras admittet.  
 Quæ si fieri nequeunt, nonne cum ignauia & ini-  
 quitatis, tum vero amentiæ fuerit, **D & V M** animam  
 obiicere **M A L O**, & ab eo tempore in hunc usque di-  
 em esse occupatum, vt aiunt, cum eam plane reuocare  
 non possit vñquam, eo quod nonnullæ animæ,  
 vt ante memini, æuo infinito maneant in **M A L O**?  
 Idque eum præscire negant: quamvis **M A L V M** di-  
 cant præscire quid ad se mittendum sit, & machinas  
 eius rei causa præparare. Quanto autem pulcrius  
 fuisse, vt **B O N V M** in se ipso **M A L V M** communi-  
 sineret: quam vt immisereret se malo, quod vincere  
 non posset? Nam ortus & interitus **M A L V M** atque  
 atque **B O N V M** expers statuunt. Quin & illud in  
 eis reprehendas, quod atque hæc in **M A L O** atque in  
**B O N O** inesse statuunt, & ortu & interitu & prin-  
 cipio & fine carere utrumque. Quibus rebus quid es-  
 se queat excellentius? Iam de Mundi conditione  
 quæ dicunt? Esse columnas quasdam, non illas

*Manichæo-  
rum nōtūg.  
mūla.*

*enlætivus.*

Quæ cœlos terræ, ferunt immobile pondus:  
 ( neque enim fabulosè horum quicquam accipi  
 volunt ) sed eiusmodi, quales eas gregalium ipso-  
 rum quidam prodidit, quæ solido & impolito lapi-  
 de constent: adduntque duodenas fenestras, qua-  
 rum singulis horis vna aperiatur. Ex porro causæ  
 quas defectus luminum afferunt, admirabilēquan-  
 dam & excellentem sapientiam præ se ferunt. A-  
 iunt enim, cum in ortu Mundi colligata mala, suis

cor

commotionibus turbas atque tumultus cieant: lumina sibi vela quædam obducere, vt ab illa perturbatione sint immunita: nec Solis & Lunæ defectus quicquam esse aliud, nisi occultationes sub illis velis. Quid? Cuius insolentia illud est, quod sola totius cœli duo lumina honorant, & in B O N I parte numerant: cætera vero, vt quæ ad M A L V M pertinent, contemnunt? Quid quod Lunæ lumen non a Sole esse existimant: sed animas esse cœsent, quas illa ab interlunio vsque ad plenilunium a terra attrahens, a plenilunio rursus vsque ad interlunium ad Solem transmitat? Quid multis moror? Nam cum monstra confingant, quæ ne fabularum quidem nomine digna sunt, pro fabulis eâ haberi, aut per ambages aliud significare nolunt, sed vera credi volunt, M A L V M Q V I N Q V E F O R M E commenti, quod constet ex leone, pisce, aquila, & nescio quibus aliis duobus, & huius monstri impetum formidat. Tantus inest in sermonibus hisce contemptus nūminis atque impietas, & quod mireris, hæc omnia confinxerunt, quasi religiosa ( si Diis placet ) & Dei reuerentiam præse ferentia. Quem cum auctorem mali dicere nollent: peculiare M A L I principium statuerunt pari & dignitate & potentia cum B O N O, ac potius eo valētius. Siquidem hastenus in omnibus suis conatibus M A L V M exstisit superius apparet, quod quidem vbiique amplectatur B O N V M, & quiduis moliatur, ne illud amittat: cum B O N V M vtero sese cum M A L O commiscererit, seque & timide & iniuste & amenter ( si illis credimus ) gesserit. Itaque dum mali causam dicere Deum reculant, ab omni parte malum describunt: &, vt proverbio dicitur, sum um fugientes in ignem inciderunt. Ideo igitur & impia aduersus Deum est ista ratio, & naturalis disciplinæ, quantu in ipsa est, principia corruptit, & voluntatis libertatem reuera tollit. Nam M A L I principium & ortus & interitus expers & robustum introducit, volentes animos in M A L V M impellens, vt iam nō penes nos sit peccare aut non

*Vit Necessitatū impellens animos, M ALI principiū euerit.*

peccare: quippe cum tanta vis sit necessitatis, vt ne a D eo quidē vinci possit. Enim uero cogitandū erat, si ab aliquo robustiore coacta & anima cædem fecerint, aut adulterarint aut id gen⁹ aliquid aliud petrarent, eas illa malorum qua dicitur impulsione, & non sponte delinquere. Nam quæ vi & ab inuitis fiunt, & a Deo & a legibus ignoscuntur, nec iam vllum peccatum relinquitur. Neque enim quisquā id malum statuet, nos a robustioribus causis coactos talia designare. Quod si talium facinorum vt malorum cautam inquirentes, M ALI principium statuerunt: eoque statuto, & quidem vim inferente, malum nullū relinquitur: festiu suo ipsi (quod aiunt) gladio jugulantur. Nam inde colligitur: si M ALI principium sit, nullum omnino esse malum. Si vero malum non est, ne principium quidem M ALI fuerit.

*Nec D E U M esse mali principium.*

Itaque si est principium M ALI, vt aiunt, nec malum erit, nec mali principium. Hoc igitur fundamento tani euidenter labefactato, si quis eiusdem plague vietandæ causa, Deum ipsum mali auctorem esse assertere non dubitet, æque atque boni: maiore compendio is quoque & impietatis erga Deum & mendacii reus peragetur. Nam quo modo vera erit oratio, maiestatis Dei læsa rea, omnis veri auctoris? Ac primo, quo pacto Deus summa & immutabili præditus bonitate, malum a semetipso produceret? Si enim contrarium est bono malum, vt aduersarii existimant: quomodo contrarium a contrario producetur? Præterea, qui aliquid a seipso producit, eique vt sit causa est, & causam illius habens, & ab ea causa stans, id producit: si causam speciem, id ipse est, quod id quod producitur, ipsius natura considerata. Itaque imprudens ista ratio, præter euidentem in Deum impietatem, & mali principium, & principes malum, vt & prior illa, Deum constituit. Quod si neque principium habet malum, neque auctor mali Deus est: malum vnde exstitit? Neque enim fieri potest, vt ortum habeat absque causa. An vero in primis quid id sit quod malum dicitur, explican-

*Quid sit  
Malum.*

dum, actum demum quærendum est unde sit? Qui enim quid quæque res sit ignorat, ne causam quidem illius reperire potest. Dicendum igitur est, hoc malum, quod si qui principium mali statuunt, propositum dubitantum de eo sentire principalem quandam & præcipuum habere substantiam & naturam, sicut bonum: & potentiam bono æqualem, ex æquo contrariam, atque id ipsum malum essentiam habere, quæ suæ naturæ cum eius contrario bono permisceri nequeat: quæ ratio nigri est cum albo, & calidi cum frigido. Enimvero tale malum prorsus non est in natura rerum. Nam si principalis aliqua esset essentia, ut exempli gratia, homo & equus: haberet utique suæ naturæ perfectionem aliquam & formam, qua id esset, quod esset. Omnis autem forma perfectione suæ naturæ conueniente prædicta, bona est, & non mala. Quapropter boni malum illud & appetens & particeps esse, & fructū ex eo capere, & amare participationem, & omnia facere ne eam perdat, affirmant. Hoc igitur quo pacto, ut omnino malum, cogitari potest? *Quod vero ma-*

*Malum pess.*  
*cati est ac-*  
*cidens.*

*Malum pess.*  
*cati est ac-*  
*cidens.*

lum est, quo mali dicimur, & peccatores, & ut mali plectimur: id vero accidens est, & non est essentia. Si quidem & accedit & recedit absq; subiecti interitu, & per se non subsistit. Quid enim erit malū, nisi aliquius malum fuerit? Itemq; bonum huic oppositū & ipsum est accidēs. Verum bonum id est, quod cuiusq; naturæ conuenit, quoque id suam habet perfectionem. Malum vero affectio contra naturam est eius, penes quod est: qua caret, eo quod eius naturæ conuenit, ipsaq; bono. Nam si malum affectio esset naturæ consentanea, & perfectio eius formæ in qua inesset: ipsum quoque bonum esset, nec iam malum diceretur. Quare non est principalis aliqua natura & substâlia mali, cuiusmodi est boni: sed est accessio boni, cuius est frustratio atque priuatio. Sic enim se se & morbus haber aduersus sanitatem, & improbitas animi aduersus virtutem: & sicut recte incedere principalis quædam actio est animantis,

quam propositam habet, & ad quam contendit: titubare vero & claudicare ingrediendo, ex frustatione principalis actionis contingit, & eius accessio est, cum sit motio præter naturam: ita se habet p. mne malum aduersus bonum ipsi oppositum, neq; possunt hæc vel eque principalia dici, vel paris inter se se momenti, ut album & nigrum. Nam si æque vtraque hæc, & non alterum altero magis aut minus naturalem habet perfectionem, ne priuatio quidem est alterius alterum. Nam priuatio, aberratio & frustatio formæ est, ut claudicatio incessus. Horum vero vtrunq; synceram habet suam formam, nec altero minus. Illic autem cum alterum secundum naturam sit, alterum contra naturam est, & accedit ad id quod secundum naturam est id quod est contra naturam, videlicet malum ad bonum. Neque enim bonum ad malum. Sicut nemo dixerit, ad aberrationem a scopo accedere adeptionem scopi, sicut neque morbo sanitatem: sed ad adeptionem, aberrationem, & ad sanitatem morbum. Nam principalis sagittarii finis est, attingere scopum, eaq; de causa iaculatur: & naturæ principalis finis est sanitas, quæ ad conseruationem animantis pertinet. Denique finis est, ad quem actio resertur. Accedit autem ad propositum adeptionis aberratio, cū actio scopum non attigerit, nec cum consecuta finem fuerit, ob quem suscepta fuit, sed illius loco frustrationem. Quod vero obiter accedit ad principalem finem, merito accessio finis dicetur: non autem principalis finis, ei quod nolenti obiter accedit.

*Omnis actio  
ad bonum  
aliquid re-  
fertur.*

Si ergo bonum appetunt omnia, & quicquid agit, adipiscendi boni causa agit, siue id vere bonum sit, siue ipsi esse videatur, omnis actionis præcipuum esse finem boni adeptionem constat: malum vero interdum obiter incidere in actionem, cum non verum bonum desideratur, sed quod videtur esse bonum, & cui coniunctum est bonum. Nam aliquis voluptatem & opes appetens, furatur, & in mari grassatur, principaliter id quod ipsi bonum videtur appetens,

appetens, & eius adipiscendi causa agens, sed vna  
 cum illo id malum etiam quod cum eo coniunctum  
 est, accipere cogitur. Nemo enim adulterium ob  
 ipsum adulterium appetit, aut furtū ob ipsum fur-  
 tū, aut malū aliud eo quod malum est: quia ma-  
 lum, quatenus malum est, non appetitur. Nam si  
 principium & causa esset eorum quae ab ipso oriun-  
 tur: finis etiam eorum esset, & eis appetendum si-  
 cut bonum. Si vero ita se haberet, bonum esset, &  
 non malum. Quod enim experendum est, bonum:  
 & quod bonum, est experendum. Omnia igitur uti-  
 litatem appetunt, siue veram, siue imaginariam, sed  
 eam quoque tamen ut veram. Nemo enim volens  
 decipitur, ut mendacium pro veritate amplectatur,  
 & simulacrum pro archetypo. Sed præ stupore & ad-  
 miratione apparentis boni, alias non perspicimus  
 cohærens cum eo malum: alias quamvis perspexer-  
 imus, ipsi nos fallimus, quasi bonum maius sit,  
 malum vero cum eo coniunctum minus. Sæpe et-  
 iam maius bonum admittimus cum minore ma-  
 lo: sicut sectiones & vestiones toleramus, malo quod  
 eis inest maius bonum sanitatem iudicantes, quæ  
 per eas acquiritur. Bonum vero appeti ab omnibus,  
 vel ex eo constat, quod ipsum malum si esset, & ali-  
 quid ageret: id suæ utilitatis causa ageret, hoc est,  
 boni sui causa, quod idem valet. Proinde qui malum  
 aliquid agere statuunt: quicquid agat, ob adeptio-  
 nem boni & conseruationem agere, eiusque iactu-  
 ram cauere dicunt. Quod si nihil appetit malum,  
 non est eius principalis substantia. Sed quia omni-  
 no est, & sit eo quo dictum est modo: merito acces-  
 sisse, & non natura extitisse dicitur. Verum, Esto di-  
 cat aliquis, & accidentis malum, & frustratio boni, &  
 accessio eius: quamvis tale sit, quid erit? Causa enim  
 hic queritur, cum omne quod sit, ab aliqua causa  
 fiat. Si minus: unde aditus qualicunque malo pa-  
 tuit in ea quæ sunt? cum Deus ( Deum autem cum  
 dico, retum omnium principium dico) sit bonus?  
 Et si autem hac de re prius etiam dictum est, cum in

*Quæ sit causæ  
malū?*

disputatione de libertate voluntatis, tum in explicazione verborum, quibus iubemur ea quæ fiunt ita velle fieri ut fiunt: tamen etiam nunc breuius eam

*Ordo rerum  
a Deo con-  
ditarum :*

perstringemus. Deus fons & principium omnis bonitatis, non prima bona tantum produxit, quæ per se bona sunt, nec media sola cum his quæ in bono æternum permanent, sed extrema etiam, quorum natura sert, ut ab eo quod secundum naturam est auerti queant, ad id quod malum dicimus. Etenim post æterna corpora, quæ suam naturam perpetuo tinent, & in bono infixa sunt: ea quoque exstiterunt, quæ oriuntur atque intereunt, & post animas bono semper infixas, animæ quæ ab eo auertuntur, exstiterunt, ut simul & immensa bonitas auctoris rerum omnia bona conderet, quæ exsistere possent: simulque ut mundo sua perfectio constaret, nō prima tantum & media habenti, sed extrema quoque, id quod est proprium perfectionis: simul ut ne prima & media, cum plane bona essent, extrema & honoris expertia relinquerentur, atque infirma, si extrema quæ orirentur atque occiderent, non exstissem. Talia enim extrema esse necesse est. Adhæc fieri non poterat, cum talia essent prima & media, partim & natura & actionibus immutabilia: partim natura quide m immutabilia, sed loci mutationem suis partibus admittētia: exsistere etiam extrema sublunaria, quæ a coelestium corporum conuersione, etiam natura mutarentur & contra naturam suam afficerentur. Ob hās igitur rationes & his dubio procul multo grauiores, sublunaria exstiterunt, & mortalis locus, in quo locū haberet a bono auersio. Nam & infimum bonum exsistere oportebat: & infimi ea natura est, ut peruersti possit. Propterea que supra locum hunc nullum est malum, quod mali natura quæ est auersio ab extremitate bono, quod natura solet peruersti, ibi est, ubi & bonum infimum. Idcirco etiam anima, natura generosiore & immutabili prædicta: cum quidem sola est, nullius est mali particeps. Sed cum natura in eo esse loco quadam

*In loco mor-  
tali locum  
habet auer-  
sionem a bono.*

conue-

148

conuenientia & cum huius loci corporibus coniungit possit / prouidentia patris & opificis vniuersitatis factum id est , qui tales etiam animas produxit , ut *Separationē contraria* extrema cum primis , insolubilibus vitalis complexioneis vinculis , deuincirentur ) eius mali quod hic non esse mar est , secundum earum affectionem naturæ contrariam , in morbis & corruptionibus , conuenientem sibi capere partem videtur , cum id scilicet malum non sit , ac potius bonum , ea quæ se inuicem complexa , in alienis locis ærumnas tolerant , dissolui , ærūmnaque liberari , & simplicia potius , pugnæque expertia iacere , suisque locis & suis totis restituiri , renovationis ergo . Atque etiam si aliu in aliud mutatur , ne in eo quidem quicquā inest mali . Fit enim vnum quoq; id , quod ante fuerat . Nam aqua in ærem mutata , rursus ex aere fit aqua . Illud vero maximum est , quod & compositorum dissolutio , & simplicium mutua commutatio rebus vniuersitis cōducit si modo alterius interitus ortus est alterius : eaque causa est , cui earum rerum quæ oriuntur , circulus nunquam cesset . Ad hæc saepe videmus & naturam & artem ( vt ante diximus ) partes propter totum contemnere : naturam , quæ traxiones & abscessus & principalibus locis ad extima depellit : artem , negliguntur .

*Pars ob satum*

que & fecit & virit , & saepe resecat partem , conseruandi totius causa . Quia igitur corporibus accidentunt , in bonis potius quam in malis sunt habenda : eorumq; causa bonorum causa est , & non malorum . Etenim simplicia corpora quæ sub Luna sunt , nihil habent mali , cum & ipsa sint æterna . Quod vero in partibus videntur esse mali : in ipsis etiam suis partibus , ut dictum est , tam simplicibus quam compositis , plus boni habet quam mali . Quod si ad vniuersum bonum referatur , plane fieri bonum : propterea q; malum non fuerit corporum contra naturam affectio . Si quis vero contendit , vt ante a me dictum est , non vocandum id esse bonum , quod sit aliquid a natura abhorrens : is ne statim appelleat malum propter nominationem quam de malo habemus indistinctā adhuc .

*Quadā et si per se se non experīda , nō ideo tamen mala sunt .*

quasi id bono sit prouersus contrarium: sed necesse potius est, vt per se non sit experendum: multum tamen conferre ad id, quod per se est experendum. Nam si simpliciter malū esset, nihil ad bonum conferret. Necesaria porro, et si per se non expedenda sunt: tamen quoniam ad bonum referuntur, bona & ipsa fiunt: ac bona quidem sunt & ipsa, si ut cunque sunt expedenda. Nam & sectiones & vñstiones amplectimur, ac mercedem pro iis soluimus, & gratias medicis agimus: haud vtique facturi, si eas res malas iudicaremus. Verum est bonum hoc remissius, & ex secundaria classe boni, vt nō principaliter, sed secundaria quadam ratione sit bonum. Quamobrem & eius auctor nequaquam mali auctor ullius fuerit, sed aut boni aut necessarii, quod & ipsum est secundarium quoddam bonum. Nec immerito: quippe quod & ipsum ex eodem fonte bonitatis,

*Animarum* sed cum remissione quadam, promanet. Ac ea quæ discrimina.

*Genit.*

*Bruta.*

*Hominet.*

de malo corporum eiusque causa diximus, in præsentia sufficient. Quia vero mala & peccata potissimum habentur humani animi errata, et si de his quoque supra dictum est, nihil tamen vetat, quo minus etiam nunc naturam & causam eorum indagemus. Dicendum igitur, eorum animas qui nobis præstantiores sunt, semper in sublimi versantes, & in bono æternum infixas, nihil vñquam habere mali. Brutarum autem animalium animas, quæ mediæ sunt humanarum animarum, & earum, quæ in stirpibus affixæ radicibus hærent: quatenus formam corporis referant, idem habere malum quod corpora. Quatenus vero appetitum habeant quendam & impetum, quod in eis malum sit, humanorum animorum malo esse simile: & ex eo quod de illo dicetur, ipsum quoque cognoscetur. Humana autem anima in medio collocata earū quæ semper in sublimi manent, cum ob animalis essentia celsitudinem, tum propter mentis communionem, & earum quæ semper humi sunt, ob brutæ vitæ cum corpore cognitionem, quæq; vitale quoddam vinculum

culum est superiorum & inferiorum: propter libe-  
ræ voluntatis affectionem, alias his alias illis sit si-  
milis. Nā cum in sublimi manet, omni mali pror-  
sus est experts, infixa bono. Sin aliquando ne rui ac  
vires illi defuerint ad beatā illam vitam amplecten- *Animi hu-*  
*dam, & arcana illa synceraque spectacula intuenda, mani volun-*  
propterea quod eius natura fert, vt aliquando etiam *rarius sic*  
ad inferiora declinet, si voluerit: ipsa principium *sensus ad*  
habet cuiuscunque malitiæ descensus voluntati- *bac inf. i-*  
um in hunc mortalem locum. Quamuis enim na- *ra, et illi, &*  
turam sortita est ancipitem, non tamen coacta vel *mali.*  
ascendit vel descendit: sed ita condita est, vt vbi ipsa  
voluerit, & ascendat & descendat. Et quis hoc in a-  
nima, natura per se mobili admiretur: cum & bru-  
tæ animantes, quæ amphibia dicuntur, ea quidem  
natura sint, vt & in aqua & in terra habitare possint:  
sed tamen pro naturali suo appetitu vtroque se con-  
ferant coactæ a nemine, sed cum ipsis luber? Anima  
vero descendens ob affectionem & habitudinem  
suam ad mortalem hunc locum, & cum mortali  
corpore coniungenda, & vnum mortale animal *Hominis*  
cum eo confectura, vitam brutam agit, partim co- *brutia u. sa.*  
gnitionis, in qua sunt sensus & visa, partim appeti-  
tionis, cuius generis est iracundia & cupiditas. Per  
quas mortale animal & cognitionem haberet suæ  
naturæ congruentem, qua & brutæ pecudes sunt  
præditæ: & quod decederet, cibo & potu perpetuo  
suppleret: & procreatione sui simillimum æternitatí  
sui generis consuleret: & velut armis muniretur,  
quibus ea quæ nocitura essent, propulsaret: quæ  
mortali animanti non contigissent, nisi brutis hisce  
facultatibus expletum fuisse. *Quis enim, præter-*  
*elegantior, tanto tempore edere & excernere*  
vellet, brutæ pecudis instar, nisi a bruto appetitu in-  
citaretur? *Quis vero tantam agitationem tanto*  
tempore toleraret, nisi insana ista cupiditas gene-  
risq; propagatio stimularet? Verum ea quæ & iam  
& ante diximus, satis sunt ad declarandum, boni  
causa, & propter absolutionem animalis, brutas ap-

*Humana  
hominis vi-  
sa.*

*Auersio mē-  
tis a Deo, &  
seipso, causa  
mali.*

*Epilogus.*

petitiones esse datas, atque ita nullum apparet ma-  
lum. At vero rationis particeps animus, natura sua,  
corpore brutaque vita præstantior, & dominatum  
in hæc sortitus: cum suum aduersus ea statum tue-  
tur, & seiunctus ab eis, & pro instrumentis illis ve-  
tens, & bonum ministerii illorum ad suum bonum  
referens: tum omnia bona sunt, neque usquam  
malum ullum exoritur. Sin similitudinis, quam

cum Deo habet, oblitus animus, imperii sceptrum  
adiecerit, neglecta principatus auctoritate, totusq;  
ad corpus & brutam eius vitam inclinariit (id quod  
ei potissimum accidit, cum vehementiam & impe-  
tum voluptatis brutarumque appetitionum, puri-  
tati & suavitati rationis anteponit, tamque se  
brutæ parti dedit, ut eam se ipsum esse opinetur)  
tum, cum animus contra suam naturam absque ra-  
tione agit, & contra suam dignitatem principatu &  
dominatu pollentem, seruire ac parere mauult:  
tum vero malum existit, quod nec in eo quod per  
se melius est, locum habet: neque in deteriore, si id  
suo loco maneat. Cæterum cum animus qui est  
præstantior corpori deteriori implicatus, ultra mo-  
dum similitudinem deterioris amplexus fuerit,  
eamq; similitudinem præstantioris prætulerit, hoc  
est, cum pecudi & bestiæ, quam genio aut Deo simi-  
lis esse maluerit: id vero facit non coactus ab ullo,  
sed ipse arbitratu suo, ob libertatem suæ voluntatis,  
& potestatem. Optio enim in nostra potestate est,  
cum noster motus sit internus. Hic tu mihi atten-  
de animum, ne ipse deceptus, te quoq; in errorem,  
Lector inducam. Nam delectum & voluntatem,

internam esse animi motionem, & a re nulla exte-  
na cogi, perspicuum esse arbitror: prius certe qui-  
dem & explicatum id est, & demonstratum. Illud  
item, animum delectu & voluntate sua nunc præ-  
stantius eligere, nunc deteriorius præferre præstantio-  
ri: aperte opinor ex eo est ostensum, quod & Deus  
& bonæ leges & homines cordati bonas & malas  
hominum actiones non factis & carent metiu-  
tur,

tur, sed consilio & voluntate: quodque & honorem  
habent, & paenam irrogant, & laudant & vituperat,  
solum consilium & voluntatem intuentes, quae no-  
stri iuris nostrique arbitrii sunt. Iis autem quae a co-  
alitatem sunt, quamvis grauissima sint, ignoscunt: &  
peccatum non agenti, sed cogenti tribuunt: quod  
hic sua voluntate nolentem coegerit, ille autem  
contra suam voluntatem coactus egerit. Si ergo <sup>3</sup>  
mali causa est voluntas, quae integra est anima actio,  
non autem violenta impulsio: quid aliud mali cau-  
sam dicamus nisi animum, ac ne ipsum quidem  
tanquam mali? Nihil enim est quod malum, qua-  
tenus malum est, amplectatur: sed quia id quod bo-  
ni speciem habet, malum simul occultat, id quoque  
una capere necesse est. Est & hac de re prius dictum.  
Peruestigata igitur mali causa, elata voce clamam<sup>9</sup>,  
nullius mali causam esse Deum, propterea quod ma-  
lum facit animus liber et atque vltro, non autem De-  
us. Nam si malum animus faceret coactus, fortassis  
aliquis accusaret Deum, qui cum sine causa cogi per-  
misisset: ac ne malum quidem esset quicquam  
ab inuitu factum. Sed qui vltro & consulto aliquid  
suscepit, ipse merito in causa esse videatur. Nam si  
quis dicat, ne permittere quidem illi debuisse Deum, <sup>Libertate</sup>  
vt malum amplectetur: duorum alterum dicit: <sup>voluntatis</sup>  
aut, cum eius natura sit, vt alias bonū, alias malum  
amplectetur cogendum fuisse vnquam malum  
amplectetur: aut ita fuisse condendum, ne eius  
natura vnquam ferret ut malum amplectetur.  
Verum prius illud aperte absurdum est. Frustra  
enim delectus, qui nostrum opus est, fuisset factus, <sup>Delectus.</sup>  
si illi nunquam licuisset in vtramvis agere partem.  
Imo ne delectus quidem relinqueretur, adiuncta  
necessitate. Pugnant enim inter se delectus & ne-  
cessitas. Quod autem ad alterum attinet, cogitan-  
dum est, nullum vnquam esse malum optabile aut  
expetendum. Deinde suadere ista ratio videtur,  
liberam hanc animi naturam, quae suapte volun-  
tate & absque coactione, alias verum bonum am-

<sup>nihil homi-</sup>  
<sup>ni datum a</sup>  
<sup>Deo excel-</sup>  
<sup>lentiss.</sup>

*Necessitas.*

plectitur, alias i[n] imaginariū, e natura rerum esse tol-lendam, aut vt non bonum, aut vt magnum malū: neque reputat, quo[rum] rebus quæ in emundo bona habetur, & maius & honorabilius bonum sit libertas voluntatis. Omnibus enim hæc quæ sub Luna sunt antecellit, nec quisquā est, qui aut brutum pe-

*Sublata liberrate, virsus tollitur.* cuscus aut stirps esse mallet quam homo. Cum igitur minora bona Deus suppeditasset, an non & id quod illis maius est, suppeditandum erat? Deinde eis & hoc supra dictum est ( sublata e rerum natura pro-pensione animorum in utramque partem: ornatis-simas etiam hominū virtutes una tolli est necesse, & totam formam humanam. Neque enim iustitia

*Auerſionē a bono, qua tenus humānā formā constituit, non eſſet malum.* & temperantia humana restabit, nisi etiam peruersti animus possit. Quod ni ita eſſet, angelicus eſſet, aut diuinus, nec iam humanus. Hac itaq[ue] ratione ostendit[ur], auersionem a bono, & quod secundum eam malum dicitur, eſſe necessariam: quod absq[ue] iis nec humanae virtutes, nec ipsa etiam hominis forma in rerum natura exstirisset. Quapropter etiamsi ali-quis a Deo productam dixerit auersionem istam a bono, quatenus ad tot bona quæ natura peruersti queunt, constiuenda necessaria est: mali auctorem dicere Deum iure non putabitur. Nam & medicum abscessus putrefacientem, & corpus vrentem & se-cantem, & partes abscondentem, nemo auctorem morbi, sed sanitatis potius quisque auctorem dicit,

*Divina vin-dicta medi- eo similius.* Atque etiam diuina VINDICATA, vtrice iustitiae suæ parte, quæ & permittit & auget aliquantis per affectus, etenus progreditur, quatenus aliter curari non poterant, nisi prius interdum, aut saepius etiam insaniae appetitioni morem gessissent. Quæcausa est, cur etiam boni pædagogi non omnibus puerorum cupiditatibus aduerlentur, sed saepè conniveant, interdum etiam obsequantur: quasi animus ille, huiusmodi affectus non plane possit euomere, nisi aliquando iis obsecutus fuerit, & ipsa actione saturatus. Neq[ue] vero pædagogum vel diuinam vin-dictam

dictam mali dicimus esse causam, sed boni, quod boni causa ista sicut. Erenim que studia ad modestiam pertinent, modesta: & quæ ad sanitatem, salubræ dicimus. Omnis porro actio fine, cuius causa suscepta fuit, informatur atque perficitur. Itaq; Deus si necessariae auersionis a bono aliqua ex parte causa esset: merito causa esse mali dici non posset. Quomodo autem ipsius necessariae auersionis a bono sit auctor, considerandum est. Neque enim ipse auersionem facit (abst. hoc) sed libera voluntariam facultatem dedit, vt & hoc genus in vniuersitate rerum locum haberet: & tot bona efficerentur, quæ sine auersione ista effici non possent. Proprie autem auctor est liberæ istius naturæ, cum bona sit, & multis mundi bonis pretiosior. Cuins actio passiva est auersio, volentis, & non coactæ. Bonam autem esse liberam istam naturam, et si aliquando etiam peruersti potest, constare opinor: & qui mali principium statuunt, eo ipso Deum M A L I auctori se negare affirmant. Hi enim cum non modo condi<sup>Manichæos</sup>  
animum a Deo dicant, sed etiam partem eum aut membrum esse Dei iactitent: talem tamen eum esse perhibet, qui malus fieri possit, & consilto malus fiat. Sic enim eos dicere pat est, qui in nobis sicutum esse dicunt, aut vincere malum, aut ab eo vinci, proptereaque & victum penitus & viatorem præmis affici. Quæcum dicunt, non expendunt, cum his externam animi ad malum impulsionem coharetur non posse. Omnino igitur siue consulto peruersti animum dicunt siue externa impulsione: eo vtique malus fit, quia natura eius hoc serebat. Quod nō ita fuisset, non malus euasisset. Proinde neque primum bonum depravari dicunt, quod id eius natura prorsus respuit: neque cætera bona cum illo proxime coniuncta, ut quam matrem in vita vocant, & opifices, si causam, & illius loci secula. Quamobrem etiam hi qui animum a Deo talem esse conditum perhibent, vt peruersti posset: quia talis natura non mala, sed bona sit: non dicunt mali causam esse Deum. Sed hæc

sibi parum  
constare.

*Verborum  
Epicteti do-  
claratio.*

*Naturam &  
li mirabi-  
li.*

*Malum est  
aberratio a  
scopo.*

hactenus, de natura & ortu malorum. Reliquum est ut Epicteti verba consideremus, & videamus, quemadmodum is ea quæ nos fuse persecuti sumus, compendio perstrinxerit. Cum enim disciplina morum in amplectendis bonis & declinâdis malis veretur, necesse fuit ostendere, naturam mali esse mirabilem. Nam aliquo modo & est & non est, cum accessio quædam rei sit, non ipsa res: eaque de causa prorsus fugienda est, quod principalem essentiam non habet, propterea que a nemine expetitur, nec ullius actionis finis est. Nam eius qui domum construct, scopus & finis est domus, ob quam ædificat: & fabro ianua, propter quam fabricat. Mali autem causa nihil geritur. Est igitur Epicteti ratiocinatio breuiter huiusmodi: Malum, aberratio a scopo est. Quod enim principaliter in mundo fit, scopus est eius qui facit: & finis, illius adeptio. Quod cum fit, attingit scopum is qui facit. Si igitur id quod præcipue spectatur, & secundum naturam in mundo fit, non est aberratio a scopo (nam adeptio potius est) malum vero est aberratio a scopo: malum non præcipue spectari, consultoque in mundo fieri constat. Malum autem esse aberrationem a scopo, ex iis quæ de eo diximus, clarum est. Nam si quis sibi voluptatem tanquam metam & bonum proposuit, sagittas eo collimat, tanquam ad bonum: hoc est, sagitta otius ad eam, animi certe quidē impulsione fertur. Qui si bono potitus non fuerit, sed ab eo frustratus aberrari: utiq: is qui scopum nō attingit, fit malus. Ea porro quæ in mundo præcipue spectantur, scopū esse eius qui facit, & finem, eorū adeptionem: ex iis constat, quæ de ædificatore dixi, & fabro. Id. n. omne quod fit, scopū est eius qui facit: quem intuens, tanquam sagittas ita suas actiones dirigit, eumque sibi finem proponit, ut scopum attingat. Cum autem sic dixerit, Nec mali natura in mundo sit: naturæ nomine id intelligit, quod secundum naturam existit, præcipueque spectatur. Quod si quis sic acceperit ratiocationem hanc, ut minor propositio sit:

Quemad-

Quemadmodum scopus aberrandi causa nō ponatur (hoc enim significat, malum esse aberrationem a scopo) prætermissa maiore, qua negatur, quod in mundo præcipue spectatur, esse aberrationem a scopo (addeptio cum sit) conclusionem subiungat: malum non præcipue spectari, neque hanc fieri secundum naturam in mundo. Potest etiam ut connexū efferrī hęc propositio, hoc modo: Si scopus aberrandi causa non ponitur, mali natura in mundo non existit. Nam si existeret, scopus esset faciētis, quem intuens faceret. Sed scopus est ut id fugiatur. Fugendum enim est malum. Quare non attingendi, sed aberrandi causa poneretur. Si igitur scopus aberrandi ab eo causa non ponitur, nec mali natura in mundo existit.

## E P I C T E T V S .

*S*i corpus quidem tuum aliquis obuiō cuiq; permittet: indignarerū. Tu vero, qui animum tuum cuiusbet permittas, ut si conuicia tibi dixerit, perturbetur & mœreat: non erubescis?

## S I M P L I C I V S .

Comparatio ista alterius permittentis, cum eo qui ipse permittit, & corporis cum animo: rem valde illustrat. Deterius enim est a semetipso ladi, quā abalio. Nam si amicis offensi magis lucensemus quam aliis, cum ob cogitationem familiaritatis, tum quod præter expectationem id nobis accidit: multo absurdius erit a semetipso ladi. Sic corporis ləsionem ægre ferimus: multo molestius ferendæ erant animi ləsiones. Iam, si nostri arbitrii non est, an aliis aliquis corpus nostrum cuius obuiō permettit nec ue, hoc vero in nobis sitū est, an permettam nec ne cuius animum nostrū, ut, si ille conuicium aut contumeliam fecerit, perturbetur & confundatur: vt rūnq; pudendum est, & id ægre ferre quod neque in nostra potestate, neque nostrum malum est: & id malum in nosz dimittere, quod

vitare ac propulsare licuisse. Recte autem verbo succensendi abstinuit. Succensemus enim & indignamur ob ea mala, quae nobis alii faciunt: eorum vero nos pudet, quae in alios ipsi admittimus. Magis vero erubescendum si nos ipsos violamus: eoq; magis, si id cauere nobis licuisset. Erubescit autem is, qui turpitudine suorum peccatorum, quae vltro fecit, agnoscit. \* Quid vero turpius, quam non posse propositæ illustris comparationis huius discrimina perspicere?

---

### E P I C T E T V S.

**Q**UAM obrem cuiusq; rei antecessoribus & confectionibus considerat, sic eam aggredere. Alioqui primum alacriter eam suscipes, eorum nullo quo consequuntur expenso: post autem, turpitudine aliqua exorta, verecundaberis. *Vix Olympia vincere!* Et ego medius fidius, præclarum enim habetur. Sed considera quid antecedere, quid sequi soleat: atq; ita rem gerendam suscipito. Oportebit te conseruare ordinem, edere ingratias, abstinere bellariis, exerceri necessario & certo tempore, in astu, in frigore: non frigidam bibere, non vinum nisi prafinito. Ad summam, tanquam medico, sic lanista te tradas oportet: deinde in certamen descendere. aliquando manum ladere, talum distorque-re, multum pulueris deglutire, interdum flagris cadi, & vinci post hac omnia. His omnibus consideratis, pugilum certamen suscipe, si lubet adhuc. Si minus, ut pueri resiliens: qui nunc pugiles ludunt, nunc tibicines, nunc gladiatores: iam tuba canunt, iam tragodias representant. Tu quoq; sic, nunc pugil, mox gladiator, postea orator, demum philosophus: toto autem animo nihil. Sed ut simius, quicquid spectauerit, imitabere, atq; aliud ex alto adamabis. Nec enim suscep-ta cogitatione quicquam es aggressus, aut explorasti prius: sed semere, appetitus leuitatem secutus. sic aliqui philosopho spectato, & auditio aliquo dicens sic: *Quam recte dicas Socrates, enim uero quis ita differere potest,*

potest, ut ille? ipsi etiam philosophari volunt. Homo, primum considera, cuiusmodi sit res: deinde natura quoq; tua, camne ferre queat, explores. Quinquerio esse via, aut palastrata? brachia tua intuere, femora & lumbos considera, nam aliud alio natura pertinet. Putasne te hac aggressum aque posse edere, aque biberre, aque fastidire? Vigilandum est, laborandum, a suis recedendum: a pueri contemni, in omnibus deterioris conditione esse, in honore, in magistratu, in iudicio, in negotio quolibet oportebit. Hac considera: tecumque statue, an hieribus redimere velis animi tranquillitatem, libertatem, constantiam? Si minus, vide ne ut pueri, nunc philosophus, mox publicanus, post orator, deniq; Caesaris procurator sis. Ita non consentiunt: unum te oportet hominem, eumq; vel bonum vel malum esse? aut exercenda tibi ratio & mens est, aut res externa excolenda: aut in internis elaborandum, aut in externis: hoc est, aut philosophi tuendus locus, aut dominus plebeii.

## E P I C T E T V S .

**O**MNIA officia in unius sum, mutuas affectionibus sunt metienda. Pater est? precipitur, curam eius agendam, cedendum ei in omnibus: si conuictetur, si verberet, ferendum esse. At pater malus est? Nunquid igitur natura cum bono patre coniunctus es? non, sed cum parte. Tu igitur munus tuum erga ipsum thare, nec quid ille agat considera: sed quibus rebus agendis, suum institutum natura futurum sit consentaneum. Te enim alius non ladet, nisi ipse velis. Tum autem lasus eris, cum te laudi existimari. Sic igitur vicini, sic ciuii, sic Imperatoris officium inuenies, si mutuas affectiones spectare conuenieris.

## S I M P L I C I V S .

Officia sunt ea quae sunt, ut decet & conuenit, & quae quoque digna sunt: & haec eius iustitiae mune-

erit dñe dñe  
σωνη συνδι-  
σδικον  
δειτη ιση.

ra sunt quæ omnem virtutem continet. Est enim iustitia, quæ ab aliis virtutibus distinguitur.

*Est & qua reliquas in se complectitur omnes.*

Nam iustitia est, suum cuique tribuere. Quare & disciplina morum, & ciuilis facultas in officiis versatur. Iustitia, cum est animi gubernatrix, cuique animi parti suum officium praescribit. Iustitia ciuitatis moderatrix, & ipsa cuius reipublicæ parti id tribuit, quo quæque digna est. Cum igitur superioribus praecceptis, quæ & ipsa ad officia pertinent, auditorem erudierit: hic ei nunc autem tractandi officii & reperiendi & praestandi tradit. Quæque alii prolixis voluminibus tractarunt, cuiusmodi sunt libri de Officiis, & de interiori pulchritudine, quale opus Nicolaus Damascenus edidit: ea hic paucis versibus ita grauius & luculente, ut motum animis afferat, perstrinxit. Officia potro, ut in vniuersis partes tribuantur, partim sunt aduersus homines & similes, partim aduersus præstantiores, partim aduersus detersiores, partim etiam fortassis aduersus nosmetipsos. Et horum quodlibet multa habet discrimina: quorum præcipua & ipse persequitur, ab officiis erga homines exorsus. Ac præclare initio docet, quomodo reperienda sint officia: nec eadem tribuenda esse patri & filio, ciui & hospiti, bene merito & ei qui læserit, alia denique aliis: proportionatione affectionis & necessitudinis, quæ cum quolibet intercedit. Alia ratio est aduersus patrem, qui post Deum ortus nostri & totius naturæ nostræ est auctor & benefactor. Alia erga filium, cuius ipsi causa sumus, & qui nostri quædam pars est. Sed in primis quid sit *génus*, quam Latine vel necessitudinem, vel affectionem, vel habitum, vel respectum, vel relationem (si cui forte voces haec placent) dicere possumus, declarandum est prius, quam eorum varietatem persequamur. Est igitur *génus*, ut in genere dicamus, ordo quorundam intersese, ac mutuus respectus: isque vel a natura institutus, vel voluntate suscepimus, similium aut dissimilium,

quo

*Nicolaus  
Damasceno-  
nus.*

*Officiorum  
discusso.*

*génus quid.*

quo illi coniunguntur, hi dissociantur. Mutua quædam enim inter illos affectio est, qua alii alios complectuntur: & quamvis diremti aliquae facti fuerint, tamen non pro suis diuelluntur: sed ita manent, ut alter sit alterius, & ea quorum est affectio, inter se se conferuntur. Est autem ordo naturalis sibi miles contraheas, coniunctio fraterna. Quare alterum eorum quæ iniucem affecta sunt, altero definiatur, nam frater fratris est frater, & pater patris, & cognatus cognato cognatus, & ciuius ciuitatis ciuius. Est item ordo naturalis dissocians aliena ratione generis. Nam & hic est ordo naturalis, & \* similitudine reconstit. Quapropter ratione similitudinis inter se se conferuntur. Nam alienus alieni est alienus: sed ordo hic dissocians est. Nam alienum separatis familiis, sicut cognatio coniungit. Verum propter similitudinem sive ea consocians, sive dissocians sit, officia eadem sunt in utroque aduersus alterum. Naturalis vero ordo dissimiles coniungens inter se. *Dissimilium* se, est patris & filii, est enim coniunctio naturalis, *coniunctio*, sed dissimilium: quia non alter per alterum definitur, ut sit in fratribus. Ibi enim dicebamus, frater fratris est frater: hic vero, pater filii est pater, & filius patris filius. Est igitur hic ordo naturalis dissimilium coniungens. Sed dissimilitudo ea est, quæ est inter causam, & id quod a causa proficiuntur. Est & alius ordo naturalis dissimilium coniungens, *Contrarietatis* contrariorum, cuiusmodi est dextrum & sinistrum constructum. Nam hæc cum dissimilia sint, necessitudine iunctio. nem quidem inter se quandam habent, sed ratione contrarii loci. Est & ordo naturalis dissimilium disiungens: ut est, anno superiore, & hoc anno, est *dissiunctionis*. enim & hæc affectio temporum discernens. Ordo voluntate suscepimus & similium coniungens, *a. Voluntatis* est ratio amicorum: dissimilium vero disiungens, *tate*. ratio inimicorum. Nam & inimicorum idem est ordo secundum affectionem, voluntatibus dissimilium. Quia et alter per alterum definitur, ut inimicus est inimici inimicus, sicut amicus amici. Dissiunctionis.

gens autem est inimicorum ordo, sicut amicorum

*Docentis & discentis.* coniungens. Est & ordo voluntarius dissimilium coniungens, ratio docentis & discentis: ut causæ, & eius quod oritur a causa. Ratio vero vendentis & e-  
mentis, ut contrariorum. Est & ordo voluntarius

*Persequētis & fugientis.* ratione dissimilitudinis disiungēs, ratio persequen-  
tis & fugientis. Persequens enim fugientem perse-  
quitur \* coniuratae quidem ratione voluntariae af-  
fectionis dissimiliter, sed sciungendo coniuncta.

*Mariti & uxoris.* Mariti autem & vxoris affectio media quodam mo-  
do esse videtur inter naturales & voluntarias, ut &  
utrarumque particeps, & dissimilitudine definien-  
da. Nam maritus vxoris est maritus, & vxor mariti

*Vicinorum  
inter se.*

*Magistra-  
tus & po-  
puli.* vxor. Medium & vicini habent affectionem, cum similitudine definiantur. imperans vero & obedi-  
ens partim naturale est (imperat enim semper pia-  
stantius deteriori in vniuerso:) partim voluntariū  
cum pactione quadam diuites imperant, pauperes  
vero obtemperant: partim mistum, cum publice  
decreatum fuerit, ut imperent prudentiores Cum

*Naturales  
affectiones  
eternas sunt:* igitur (ut paucis complectar) tot sint affectiones:  
quacunque harum cum aliquo coniuncti simus, ab  
ipsa affectionis forma officium aduersus eum & re-  
voluntaria, periemus & conseruabimus: siue id ille conseruet,  
siue non, in naturalibus officiis praesertim. Nam vo-  
luntariam affectionem etiam alter, bona malaue  
voluntate dirimere potest, amicitiam mala, inimi-  
citas bona. Etenim voluntas eam affectionem in con-  
stituit: naturalem vero non voluntas, sed iatura.  
Quamobrem si amicus noster ob prauam vi-  
ntatem sit inimicus: soluit affectionem nostrat, nec  
iam ei debemus amicitiae officia, qui amicus esse de-

*Necessitudo  
paterna.* stitit, & inimicus esse voluit. Verum si pater impro-  
ba voluntate fuerit, patris affectionem non soluit  
voluntas. Ea enim naturalis est, & non voluntaria:

& talis affectio est erga patrem, non utique erga bonum patrem. Etsi igitur malus fuerit pater, tamen  
officia quæ patri debentur, ei praestanda sunt. O-  
mnibus itaque modis est obseruandus & curandus,

vt &

vt & vita nostra post Deum auctor, & quod eius  
 cura & caritate munita hue usque processimus. Est  
 & cura parentibus reddenda, ut quam ab illis mu-  
 titam acceperimus, gratis animis atque uberiore  
 mensura: corumque mandata alacriter execunda  
 omnia, iis exceptis quae animi via provocant. Hæc  
 enim circa eorum offendit, quantum fieri potest Quia animo  
 recusanda sunt, ut quæ patri animorum displice- rum patri  
 ant: cedendumque illis est ceteris rebus omnibus, displicant,  
 tam externis, quam ipso corpore. Nam si fortuitis recusanda.  
 dominis, argento numerato & corpora & peculia  
 seruorum parent: quanto magis parebunt eadem  
 illis, qui naturales ortus nostri auctores fuerunt?  
 Quare & verbera patrum & equoribus animis feren-  
 da sunt filiis, quam seruis dominorum: multoque  
 magis conuicium aut contumelia. Itaque veteres Patria pota-  
 Romanorum leges, tum excellentia naturæ consi- stas apud  
 derata, tum laboribus quos filiorum causa parentes Romanos.  
 capiunt expensis, tum eo etiam consilio, vt liberos  
 omnino patriæ potestati subiicerent ( fretæ scilicet  
 naturali parentum erga liberos pietate, & vendendi  
 illos, si vellent, potestatem dedere parentibus, &  
 impune occidendi. His vero antiquiores ita venera-  
 te sunt parentes, vt Deos appellare eos non dubita- gratiū.  
 rint. Sed quamuis in hoc diuinam excellentiam  
 reveriti, patres appellare deos sit desitum: fratres  
 tamen patrum Graeci adhuc deus, quasi diuinos, nō  
 ( vt Romani ) patruos appellant, vt demonstrent,  
 quam rationem parentum aduersus liberos esse ex- Qualis tu in  
 illiment Sunt autem officia aduersus parentes, tum parem fue-  
 quod æqua sunt, præstanta potissimum, ut ea ratio- ria, tales ipse  
 ne voluntatem nostram nature consentaneam liberos tuos  
 conseruemus: tum diuinæ vindictæ ratio est ha- experieris:  
 benda, quod consentaneum est fore vt tales libero-  
 rū erga nos animos experiamur, quales nos aduer-  
 sus parentes nostros pœbuerimus. Quod si frater te Officia fra-  
 lœserit, tu aduersus fratrem naturalem affectionis terra,  
 ordinem conserua, & passionem vniuersitate rerum  
 teste & arbitra initam, quæ tibi hos, & non alios pa-

rentes fratres atq; cognatos destinauit. Illud etiam considera, vt ille te vel & que vel inique tractet, non esse penes te: tuum vero munus esse penes te. Quare non esse considerandum, quomodo is te tractet: sed quid tu facias, vt naturæ congruenter viuas. Neque enim illius dominus es, sed illud vt tui officiū munus exsequare. In eo enim & detrimentū tuum, & emolumentum situm est. Nam ille quidem vt cunque se gesserit, te non laetet, si utilitatem & damnum in te ipso quæsieris. Si ista in externis rebus collocaris, id damnum non frater, sed tu ipse tibi deridis. Atque etiam consideranduni, si lenitate & caritate tua fratrem amicum tibi feceris: binas affectiones permistas, mirabile in effecturas esse coniunctionem. Officia porro erga bona ium artium doctores eadem sunt, quæ erga parentes, & fortasse cum aliquo cumulo: quod hi altiores & curatores nō corporis nostri, sed nostri ipsorum sunt: idq; nec naturali necessitate, vt parentes tum apud brutas animantes, tum apud homines, sed bona voluntate, diuinam bonitatem imitante, quæ animas in ortum delapsas eo vnde venerunt, reducere conatur. Illud etiam præterea habent officia aduersus magistros, quod omnibus eorum præceptis, tanquam di-

*Aristoteles*: uinis edictis, est obtemperandum. Eorum enim rem doctores, quæ secundum naturam nobis conuenient, nihil præcipiet, nisi quod ad hunc finem referatur. Si vero parentes nostri bonarum etiam artuum doctores fuerint: tum binis affectionibus coniuncti. Etis, etiam officia utrisque debita præstanta erunt, vñ. si pñ ipse ut diuina quædam imago adorandi, quod & tñ glori, si dñ vt essemus, & vt bene essemus, hi non secus ac Deus tñ regnus glori autores fuerint. Iam amicitiae officia, quæ & honorabilia, & utilia sunt, quam breuissime percurramus.  
*Amicorum* In his primum est delectus: alterum, tractatio, & officia. optima tractatione conseruatio amicorum, vnde vniuersum amicitiae bonum existit. Ac delectus quidem agendus est, motum similitudine considerata. Dissimilia enim non facile in amicitiam coalescunt,

lescant, quamvis utraq; bona esse videantur. Mores enim frigidiores & stabiliores, non cōueniunt cum agiliorib. & seruidoribus. Deinde videtur, quem ad modum veteres laos amicos tractarit is, cuius amicitia expetimus. Tertiū est, ac potius & primum & medium & ultimum, utrum brutis cupiditatibus pareat, an utcunq; in eo ratio dominetur. Huic consequens est, ut appetitiones spectentur, utrum haec ad res honestas & probatas bonis ferantur, an vero ad iucundas & fœdas, & hominum vulgo placitas: prætereaq; num moderatae tractabilesq; sint appetitiones & declinationes. rectæq; rationi facile pareant, an vehementes & effrænes, & ad id quod ipsis placet atripiendum semper incitatae? Tales enim omnia suo arbitratu egentes, non sunt idoneæ ad amicitiam coniunctionem. Atq; ea etiam ingenia, quæ summū bonum in rebus externis collocat, ut in opibus, aut corporib. aut ciuili auctoritate & gloria, ne ipsa quidem apti ad amicitiam. Nam cum haec diuidi possint, qui ea vehementius appetit, plus capit, & minus relinquit utiq;, ut amicus paria non obtineat. Ac in pecunia & corporibus id quidem clarum est. Sed & gloriolæ captator unus scilicet, vult florere gloria. Animi vero bona, quæ indiuisa si habet penes quos sunt, ut virtutes, ut scientiae, si alter eorum sit particeps, in altero adeo non minuantur, ut augentur etiam. Simul enim excitantur & inflammantur haec in animis eruditorum & bonorum virorum, & aliis communicata multiplicantur, & velut silicis & calybis atritul lux una veritatis & honestæ vitæ inde emicat. Præterea amici in verum bonum intenti, & ad rectæ rationis normam res suas dirigentes, una regula utitur dijudicandæ utilitatis. Nam utrisque & bonū communice est, & una recta ratio. Cum autem in amicorum animis regula sit communis, quæ utilia & noxia dijudicet, itemque iucunda & molesta: coniungi eos intersese est necesse, omnemque dissensionem & tumultum tolli e medio. Si una communis regula rectæ rationis non vni ambo

*Auctri, ami-  
bitiosi, volit.*

*ptarii, non  
apti ad a-  
amicitiam.*

*Amici veri,  
virtutis &  
sapientia  
studiosi.*

*Tractatio  
& conser-  
uatio ami-  
corum.*

*Bona fide re-  
deundum in  
gratiam.*

*Amicitia  
commenda-  
tio.*

fuerint, diuelli eos est necesse. Ac delectus quidem amicorum est talis. Tractatio autem & conseruatio, uno verbo ut dicam, id quod rectum est, tenebit. Sic igitur vtendum est amicis, vt eos vti nobis volumus. Ac beneficia quæ a nobis in illos proficiuntur, extenuanda sunt cogitatione nostra: contraque amplificanda, quæ in nos illi contulerint. In delictis autem contrarium faciendum est: illorumque extenuanda sunt, nostra exaggeranda & improbanda. Proprium vero nihil existimandum est, quin idem nostris etiam amicis magis conueniat: & principatu libenter illi secedendum, quasi nobis ipsis cederemus. Siquidem amicus, veteri prouerbio, alter ipse est. Quia vero fieri nō potest quin homines aliquando delinquamus, & alii alios offendamus: amicitiae institutum totis viribus est tuendum, delictumque leniter castigandum, vt vere aureo illi præcepto pareatur,

“ *Crimen ob exiguum tibi nefuat hostis amicus,*

“ *Quod liceat:*

& redditus in gratiam firmus & fidelis tam verbis quam re ipsa declarandus, ne peccati conscientia ei qui peccauit, de reliquo suspectam faciat amicitiam, non credenti eum qui offensus sit, eandem retinere voluntatem. Illud vero perspicuum est non amico tantum, sed & eius necessariis benevolentiam & officia præstanda esse, vt eorum coniunctio nobiscum non minor quam cum illis ducatur: nec absens minus, ac potius magis est curandus quam præsens, quod mihi de meo quodam amico constat. Ut autem paucis complectar, si verus delectus agatur, & quasi fundamenta amicitiae rite iacentur, iam ipse ille cordatus amor eam ad conuenientem usum perdueit, & amicitiae officia facile perdocet. Vlto enim amicus sic amicum tractans, vt seipsum, omni fungetur officio. Quantum vero in amicitia insit boni, & quod ea bonorum sit causa: prolixam id quidem desiderat commemorationem, sed tamen pauca dicantur quæ in mentem veniunt. Ac primum,

primum, vterque amicus duos habebit animos, totidemque corpora: nec dubium, quin externa etiam quæ dicuntur bona communia. Quod si plures tales amici fuerint, vnuusquisq; multis augetur & animis & corporibus & fortunis. Igitur & in rerum naturæ inquisitione magna lux veritatis ita coniunctis animis illucescit: & in virtutis vsu, si ea quæ in singulis excellunt, in commune conserantur & usurpentur, vna quædam integra & perfecta virtus cum publice omnibus, tum separatum sibi gulis facile contingit, quæ & a numine illustretur ob perſectionem. Accedunt tuta cōſilia dubiis temporibus, & actiones constantes, prudentia simul & potentia corroborata: lam peregre profectus amicus suis per amicum adest, bonoque animo est: non tantum viuens, sed & moriens, quasi vna cum iis ætatem degeret. Quanta vero in hac re suauitas inest? Quid enim iucundius amici conspectu, sermone, actionibus? Fides vero atque fiducia nec ob cognitionem tanta esse potest, nec ob principatum, nec ob pecuniæ magnitudinem, quanta propter synceros amicos. Alexander certe interrogatus ubi thesauros suos haberet, amicos suos demonstrauit. Est & paedagogus optimus, amicus. Nam a nemine quisquam ob delictum minore cum offensa quam ab amico arguitur: neque veremur quenquam sic, neglecto officio aliquo, vt amicum. Res lœtas & secundas auger amici præſentia, curas & solicitudines ne-  
 mo æque leuat & consolatur: tutaque est ad optimam hominum tractationem exercitatio. Nam & princeps locus amico libenter conceditur, & eius delictis facile ignoscitur, & quæ sentias citra fucum & vere amico dixeris. Pro acceptis autem beneficiis & benevolentia gratiam alacriter animo referre studeas: nechumanitas & bonitas erga quenquam pari liberalitate & benignitate, atque aduersus amicum declaratur: nec periculi socius æque promptus, vel cum periculo capit is, atque amicus reperietur. Quod si exercitum ex amicis conſcribere licet:

*Vbi amici,  
ibi opes.*

multo pauciores, facile plures hostes profligarent. Si quis ergo se erga amicos hisce rebus solerter exercuerit, & ob amicitiae caritatem citra molestiam consuefecerit: facile cum tempus postularit, iisdem

*I Socrates:*  
 ἀγέρ ιταὶ  
 εἰαν πολὺς  
 κρείτινος φύ-  
 σις τόμη, καὶ  
 τρόπος γέ-  
 τος, ἐπειδά-  
 ποτε αὐτόν.  
 επειτα  
 aduersus alios etiam homines utetur, eadem offi-  
 ciū ratione seruata! Est & illud animaduēsione di-  
 gnūm, amicitiam naturalibus etiam affectionibus  
 conferre desiderium, caritatem, & præstandi offi-  
 ciū alacritatem. Nam & fratres, & liberi, & maritus  
 & vxor, nisi amici inter se fuerint, quamvis Ep-  
 iteto obtemperantes, naturali affectioni tribuerint  
 quod decet, tamen id nec alacriter, nec hilariter, nec  
 vltro denique, sed veluti coacti facient, tanquam  
 necessarium aliquod & vrgens munus obituri: non  
 autem singulari studio incitati, nec eas res vt præ-  
 cipua bona amplexi: sed ideo aggressi, ne officio  
 suo defuisse videantur. Cur autem amicitiae affec-  
 tio tantam vim habeat, illud in causa est, quod  
 consilio & voluntate suscepta est. Nam quæ a vo-  
 luntate non pendent, ea naturali sunt affectione de-  
 uincta. Voluntaria vero arctiore vinculo sunt atri-  
 bua.

*D. Iohannes:* Cta, quod rationis & voluntatis facultas, animæ na-  
 tura superior est: & vni, omnia ad vnum redigen-  
 ti, propinquior. Etsi autem ea quoque magna &  
 iuxta, & iuxta admirabilia bona sunt amicitia quæ exposimus:  
 quæ: tñ, & pleraque tamen humana sunt. Quod vero in ea ma-  
 ximum est, maximeque diuinum, ignoratur: quod  
 quæ, nñ, sincera amicitia mentes amicorum in vnum con-  
 trahens, meditatio pulcherrima est diuinæconiun-  
 ctionis. Neque enim fieri potest, vt ad geniorum &  
 Dei coniunctionem perueniatur, nisi ea quæ est in-  
 ter cognatos animos antecesserit. Recte igitur Py-  
 thagorei præ aliis virtutibus amicitiam coluerunt,  
 eamque vinculum omnium virtutum esse pronun-  
 tiarunt. Nam si vna quævis absuerit virtus, ades-  
 se recusat amicitia. Quis enim iniustus, aut in-  
 temperans, aut timidus, ac magis etiam vñcors,  
 boni quod est in amicitia capax esse queat? Debet  
 igitur, qui amicus esse vult, semeiuspsum repurgare,  
 quantum

*Amicitia  
 vinculum  
 virtutum  
 omnium.*

quantum fieri potest, a brutis affectibus, ac tum sui  
simile quæcere: idque inuentum amplecti, quasi di-  
midio animæ suæ alterae corporis sui parte reper-  
ta, secundum fabulam Aristophanis. Atque hæc  
amicitia desiderio tributa sint, quam vel in paucis  
cernere optabile est, nostra ætate propemodum pe-  
nitus e vita mortalium profligatam. Sed eo rede-  
undum est, unde discessimus, & affectiones reliquæ  
persequendæ, quatum meminit Epictetus. Cum  
enim ex affectionum discriminare officiorum disciri-  
men reperiendum esse dixisset: Sic, inquit, & ab  
affectione ciuiis, officium erga illum est repe-  
cendum. Est autem quædam ea quoque cognatio. Nam  
si communis mater est ciuitas, & patrem simul ac *Ciuius offi-*  
*matriam representat: ea ratione quasi fratres quo- cia.*  
dam esse ciues, constat. Est & illud in promptu, inter  
omnes germanos ciues ( de inquilinis enim non  
loquor ) eti longinquam cognationem, tamen  
quandam intercedere, quanquam cognatio eius-  
dem originis, necessitudo satis ampla est. Magna  
enim est ingeniorum similitudo, non in iisdem mo-  
do ciuitatibus, sed etiam nationibus iisdem. Ciues  
igitur sic tractandi sunt, vt cognati: dandaque ope-  
ra, ne qua re necessaria egeant: & disciplina eorum  
pro virili curanda, vt is quoque fructus ex eis capia-  
tur, vt & apud bonos viros habites, nec in vixtu &  
cultu corporis tuendi causa quicquam desideres, &  
in periculis auxilio non destituaris. Pupillis quidem  
& viduis parentis loco esse debes. Potest enim alius  
pecunia, alius pro auctoritate magistratus, alius per  
amicos, alius bono consilio, alius opera corporis,  
alius denique ( vt cætera deficiant omnia ) animi  
saltem propensione, & æque prope dolendo cuius suo  
subuenire. Ciuius autem, si etiam vicinus fuerit,  
aliquanto æctiore deuincitur necessitudinis vin-  
culo. Ut enim urbem eandem, & familiam eandem, *Vicini offi-*  
*cio cia.*  
non temere neque fortuito consequimur: sic etiam  
eundem vībis locum communi quadā ratione for-  
timur. Maior igitur benevolentia & familiaritas

*Et quacun-  
que potes  
arte innare,  
innua.*

vicino debetur quam ciui: quæq; de ciue dicta sunt, vberius & cumulatius in vicino obseruantur, eique & communicantur & accepta referuntur quæ possunt omnia. Rebus eorum secundis gratulandum, aduersis ingemiscendum, ægrotantes tanquam domestici curandi: & in omnibus aliorum congressibus declarandum te vicino in re nulla iusta defutrum, pro virili adiutando. Denique turpe habendū & erubescendum est, vicinum ei in re ab aliis adiutum fuisse, qua adiuuari a nobis potuisset. Est etiam affectio quædam aduersus peregrinos, qui ad nos veniunt, ab hospitium curatore Deo conciliata. Est igitur & his suum tribuendum tum ob curatorem eorum Deum, tum propter incrementum humanitatis nostræ, quæ non solius necessitudinis & cognationis rationem habere, sed ad vniuersum hominum genus porrigi debet: tum vero, vt & nos cum fiducia supplicemus Hospitali Deo, diuinaque prouidentia & ipsi ea consequamur, quæ hospitibus tribuimus. Tenendum enim est, quemque sum am rectam voluntatem & bonas actiones mutuare Deo, easde inq; magna cum usura, & vberiore quam homines solent mensura ab eo rependi. Nullo autem modo violandus est hospes: sed si ab aliis violetur, summa vi defendendus. Eum enim ope humana destiratum, curator hospitium Deus magis & respicit & vleicitur. Est & in eo negotio cuius confiendi causa venit, adiuuandus ab eo qui potest, & victus egenti præbendus pro facultatibus: & in morbo iuuandus est hospes, quantum licet, & in redditu ad suos quoad possis. Atque etiam militis, officium, inquit, ex affectione erga Imperatorem est reperiendum. Conuenit autem & iubenti aliquid statim parere, ob subitas bellicæ rei conueriones: & fortiter pugnare cum iussit Imperator, quasi in ipso posita sit victoria exercitus: & pro eius salute discrimen capitis adire, quod vno milite cælo patrum in bello ei parti nocetur: duece autem interficio, vel vñctores eius milies statim & animis concidunt,

*Hospitium  
officium.*

*Virgilinus: In  
piter, hospiti-  
bus nam  
se dare iura  
loquuntur.*

*Militum of-  
ficium.*

dunt, & non secus atque oues opilione carentes, lupis in uidentibus alii diffugunt, vt non castra tantum, sed ipsa etiam patria, duce in bello cælo periclitetur. Idque declarant ea quæ Cyri mortem, & a Xenophonte scribitur, consecuta sunt. Populi etiam cum principibus ciuitatis quandam esse *Populi officiationem*, perspicuum est, & officia illi affectioni *cis.* congruentia. Legitimis autem & germanis principibus parere in omnibus populus debet, & alacriter obtemperare, & venerari eos, vt qui proxime & secundum Deum maxima in rem publicam beneficia conferant. Veri enim principes ab animo suæ cura *Magistra-* tionis munus auspicantur, & hominis partes per *tus officia.* vagantur: & quod de medicis dixit Hippocrates, in principibus copiosius videre licet. Nam ob alienos, casus priuatissim non quidem doloribus afficiuntur, si,, Epicteto pareant: sed curas & labores subeunt, rem familiarem negligunt, occupationibus detinentur, quibus & a sui & rerum meliorum cura abstrahuntur. Neque vero magistratibus obsequi tantum, sed & operam qui possunt nauare debent, arque existimare in iis niti salutem ciuitatis. Sin autem verbo *Falsi prince-* tantum principes erunt, & magistratus officia negligenter: improbandi illi quidem erunt, vt sunt improbi: sed quod magistrati conuenit, eis præstabilitur, vt & principatum eis deseramus, & iis in rebus pareamus, quibus animus non laeditur. Sed ad reliqua Epicteti capita convertatur oratio, ne cum eius declarationem mihi proposuerim, imprudens officiorum doctrinam verbose perisse quar.

## E P I C T E T V S .

**R**eligione erga Deos immortales præcipuum illud esse fato: rectas de eis habere opiniones: ut sensu, & esse eos, & bene iustos, administrare universa: patendum esse eis, & in omnibus iis qua siant acq[ui]etescendum, & sequenda ultra, ut que a mente praestan-

tissima regantur. Sic enim nec incusabis eos unquam, nec ab eis negligite conquereris. Aliter autem id fieri nequit, quam si ius quæ in potestate nostra non sunt, relatis, tam bona quam mala in ius quæ in nobis sita sunt collocari. Nam si quid illorum senseris esse bonum aut malum, aliter certe fieri non poterit, quin aut ius frustratus quæ velles, aut in ea quæ nolles delapsus, & culpes & oderis illarum rerum auctores. Illud enim natura est in seum omni animantium generi, ut ea qua no-  
citura videantur, eorumq; causas, fugiant & auersen-  
tur: contra, utilia & causas eorum persequantur &  
admirentur. Nulla igitur ratio est, ut is qui noceri sibi  
putat, eo latetur quod nocere videatur: unde etiam  
ipso damno ut gaudet, fieri nequit. Hinc sit, ut &  
patris filios conuicietur, cum ea quæ in bonis habentur,  
filio non impertierit: & illud est quod inter Eteoclem  
& Polynicem bellum concitarit, quod bonum exsistie-  
mabant imperium. Hac de causa Deos execratur a-  
gricola, ob hoc nauia, ob hoc mercator, ob hoc iuveni, qui li-  
beros & uxores amittunt. Nam ubi utilitas, ibi etiæ  
est pietas. Quamobrem quid dat operam, ut sic &  
appetat & auersetur quemadmodum decet: is ei valem  
opera & pietati dat operam. Libandum autem & sacri-  
ficandum, & offerenda primitia sunt uniuersique, ritu  
patrio: caste, non luxuriose, nec indiligerente, nec sordide,  
nec supra faciliates,

## S I M P L I C I V S.

Expositis officiis aduersus eos qui eiusdem con-  
ditionis sunt, hoc est, homines: nunc ad præstan-  
tores nobis transit. Est enim a proximis incoan-  
dum, & sic ad superiora in officiis etiam ascenden-  
dum. Enim uero hæc quoque ex affectione reperit,  
quæ cum eis est tanquam primis causis & excellen-  
tibus. Cum autem tales sint, obscurum non est ni-  
hil eos nostris rebus indigere. Quare officia nostra  
aduersus illos sunt, quæ nos illis concilient atque  
subiiciant. Hac enim ratione affectionem atque or-  
dinem naturalem ea quæ ex causis orta sunt, aduer-  
sus pri-

*Non deus  
nolit, sed  
Deo nos ego-  
mus.*

sus primas & eximias causas tueruntur. Honorandi sunt igitur, & pie colendi, eorumq; actionibus obtemperandum: libenterque illis cedendum. & in iis acquiescendum, ut quæ & optimo consilio, & summa prouidentia administrantur. Ea vero tuum nobis contingent, cum & cognitio nostra vera fuerit, & vita naturæ conuenienter instituta. Recte autem de iis sentiemus, si indicauerimus & esse eos primas rerum causas & res conditas gubernare, & consulere *Vera de Deo* *sententia.*

vniuersis, eaq; recte & iuste administrare. Siue quis enim Deos esse non censet: siue cum sint, non consulere rebus humanis: siue eum & sibi, & rebus humanis consulant, id tamen & iniuste & imprudenter facere opinatur, is neq; colet & veneatibus eos, neque illorum actionibus subscriberet ac parebit, vt *Vita bene* ab optimo consilio prosectis. Vita poiro bene & *instituta.* sancte institui, ut eorum quæ sunt, cum vniuersa ab optima mente administrantur, nec reprehendas quicquam, neque auctiores accuses, non potest, nisi bonum & malum in rebus nostris iuris queramus: ut in his & appetitiones nostræ & declinationes versentur, vtq; nunquam appetendo frustremur, nunquam incidamus in id quod declinamus. Siue enim res externas ut bonas appetimus, & quasdam earum ut malas auersamur: saepe & frustari desideriis, & in *Quos nocero* ea quæ fugias incidere necesse erit. Cum autem iis nobis putar frustramur quæ desideramus, & in ea quæ fugimus mors, odi- incidimus: fieri non potest quin culpemus & odes- mus: quos rimus auctores harum rerum: aut eos qui cum pos- prodeffe, da- sent, eas non auertant, sed conniveant. Omnes liginosis.

equim animantes, atque adeo res omnes bonum ap- petunt, eademq; ratione mala secundum naturam declinant: coque mala quæ aut sunt aut esse viden- tur, eorumque causas auersantur. Itemque vitia seu vera seu falsa, eorumq; causas amplectuntur & per- sequuntur, & ut magna admirantur. Nullo igitur modo fieri potest, vt qui noceri sibi putat, eo dele- getur quod nocere videatur: sicut fieri nequit, ipso vi damno gaudeatur. Sic n. quisque aduersus da-

tein damnum affectus est, vt aduersus ipsum damnum. Damnum enim malum est: malum fugiendum, & odio dignum, sicut bonum optabile & amplectendum. Eum autem, qui rei alicuius quæ mala habetur, causa putatur, odium & conuicia vita non posse: ex eo constat, quod nec naturalis necessitudo & coniunctio satis virium habet ad odium eorum profligandum, qui nos aut bonis quæ habentur priuant, aut in ea quæ mala videntur coniiciunt. Nam propterea & pater inuisus a filio conuiciis afficitur, si bona filio neget, aut quod malum habetur inflipat, siue id verberando fiat, siue ad continentiam assuefaciendo. Nam & Polynicem & Eteoclem Oedipodis filios, hoc quamvis fratres, ad duellum & cædem mutuā adegit, quod imperium bonum iudicabant, & alter eo se ab altero spoliari

*Jupiter neq<sup>z</sup>, pluuius, neq<sup>z</sup>, serenus, pla-*  
*cere omni-*  
*bus potest.* putabat. Iam agricola si post sationem non pluit, aut aliquando plus pluit, aut aliquid aliud quod bonum aut malum habetur sit, aut non sit: auctores aut impiis verbis lacescit, aut certe cogitatione. Naturæ quoque moleste ferunt, cum ventus eis secundus non spirat, quamvis st̄pe alias Austro, alias Aquilone egeat. neque cogitant, fieri non possit ut simul contrarii spirent: sed tantum auctori ventorum succentur, quod nec suum habeant, & contrarium experiantur. Mercatores, cum emunt, mercium copiam esse volunt: & cum vendunt, peuria: & vtrum hoīum factum non fuerit, gubernatores vniuersitatis huius accusant, neque cogitant se ea concupiscere quæ fieri non possint. Qui vxores, qui liberos, qui denique carissima quæque amittunt, vt frustrati iis quæ appetunt, & in ea prolapsi quæ declinant, gubernatores accusant. Qui enim id quod bonum habetur: præbent eos & colere & venerari solemus. Nam ratione utilitatis statim veneratio excitatur, aduersus eos qui utilitatem præbent: sicut ob inutile, odium & auersatio auctorum. Quare qui operam dat vt quemadmodum decet, appetat & declinet, nec ad externa porrigit appetitum & declina-

declinationem: is eadem opera & pietati dat operam. Semper enim ea quæ desiderat adipiscitur, nec in ea incidit quæ declinat, quia hæc penes nos sunt. Acquiescit igitur in iis quæ fiunt, & conuenientem cultum auctòribus eorum tribuit. Qui autem res externas desiderat, easque declinat: nisi etiam voluntates hominum ad suam opinionem conuerfas habeat, & diuitias & paupertatem, & valetudinem & morbum, & vitam & mortem, & victorias & clades, atque etiam ventos, & pluuias, & grandinem, & omnia quæ in sublimi fiunt, & fatum vniuersum: quoniam in has appetitiones & declinationes pro lapsus est necessario, multis appetitionibus frustra fert omnia, & culpat auctòres, & vitam agit cù molestem & ærumnosam, tum irreligiosam & impiam aduersus Deum, ut omnibus modis sit infelix.

Traditis autem pietatis aduersus deos precipuis causis, & certissima de eis scientia, vt vitro pareamus & cedamus eorum actionibus, & acquiescamus in iis, ut quæ ab optimo consilio proficiantur: & demonstrato, non posse hoc eos facere, qui bonum & malum in voluntate nostra non collocent, sed in rebus externis: ordine subiungit honores, qui ob res externas Deo tribuuntur, quorum legitimos & vsu receptos Deus vtique hominibus ostendit, vt historie declarant: vt & nos per eos necessitudine cum eis coniungamur, & externæ res per oblationes fruendo illustratione diuina, & yberes nascantur, & nostris vslibus accommodatae. Ut enim animum, cuius is auctor est, ei dedicamus & consecramus, repurgando illum, tum vera de illo cogitatione, tum vita naturæ consentanea: sic post eam, corpus etiam ab ipso datum deceat ei cōsecrari, a maculis tam conspicuis quam latentibus repurgatum. Animus autem his quas dixi rationibus repurgatus, repurgato instrumento, vestimentis etiam quam purissimis vio, extenarum quoque rerum, quas Deus dederit, primicias offerto. Nam ius fasque postulat, iis offerri

*Aut Deum  
esse te, aut  
Dei decretis  
parere, aut  
ringi est ne-  
cessario.*

*1. Ceremoni-  
arū causa.*

*Omniano-  
fira Deo cō-  
scranda.*

primitias, qui dederunt: non quod his egeat Deus (neque enim probitate nostra eget, neque rectis de se opinionibus) sed nos per hæc, pro ea mensura que nobis conuenit, illustrationis diuinæ facti capaces, Deum suscipimus, si digni simus Sic externæ res iam oblatæ & dedicatae, ex vita ratione pura, cœuenienti modo illustrationis diuinæ sunt & ipsi participes, ita ut diuina cōspiciatur efficacia. Nam & epilepsia se quispiam horum munere liberatum ostendit, perq; hæc & fluctus maris ledavit: qui que ea sancte offerunt, ob affectionem quam erga illos habent, ipsis quoque diuinæ sunt illustrationis particeps, præterquam quod & iusti & grati animi sunt gitur munere is, qui illa iis qui dederunt, offert &

*Vtopia lex:* consecrat. Quod vero dixi, per exiguae istas primicias totum genus illud dedicatur & cōsecuratur Deo, & conuenientem ipsius Dei opem consequitur. Hęc vero, inquit, patto ritu fieri debent a singulis: nam Deus simul & vbique præsto est semper, cum omnibus suis diuinis copiis. Cū autem multa sint a Deo producta, nos qui vna distincta specie constemus humana, & pro humana forma, vnum genus vitæ nunc, & vnam ætatis degendæ rationem sortiti, & in exigua parte vniuersi & terræ adeo ipsius colloca-ti simus: aliis alio Dei beneficio fruimur, aliisque

*Varietas ut locorum & temporum, sic etiam religionum.* temporibus & locis. Vides enim, cum aliis dies est, aliis esse noctē: cum alibi hiems, alibi æstatem: hic alias nasci & stirpes & animantes in aliis locis alias: cum & terra, & quæ in ea sunt, diuina beneficia diuersis percipiunt modis. Singuli igitur partim diuina patefactione, partim experientia edocti, diuersis ut locis & vita generibus, sic etiam temporibus & modis, victimarum item & oblationum varietate numen placant. Accum diuina festa rite celebrantur, statim diebus evidens efficacia diuinæ illustrationis conspicitur: quod alias nullo modo sit. Nam & ægroti curantur, & utilia quædam prædicuntur. Tanti interest discrimen temporum ad diuinam necessitudinem, itemque locorum & dictorum, fa-qorumq;

*Sacrorum  
miracula.*

&orumque & oblationum accommodatio. Iubet  
 autem omnia, quæ ad diuinum cultum pertineant,  
 & pure facere, & non sordide. Nam ab impuro pura  
 attingi neřas est: purumque & sincerum, si quid ei  
 adulterinum admisceatur, eo pollui solet. Neq; igi-  
 tur sordide quicquam faciendum, neq; negligenter  
 & per ignauiam, quicquam factu necessarium aut  
 prætermittendum, aut confundendum, aut per-  
 mutandum. Sicut enim, si elemēta sermoni subtra-  
 has aut immutes, non manet eadem forma sermo-  
 nis: sic etiam diuinorum operum & sermonum, si  
 quid aut deest, aut immutatum est, aut perturbatū,  
 illustratio diuina tollitur, & eorum quæ geruntur  
 vim euaniā reddit eius qui illa gerit, locordia:  
 sicut ad complementum & perfectionem cætero-  
 rum excitata cum scientia alacritas, multum valet.  
 Qui vero se in Dei cultu negligenter & fōcordem  
 præberet, qua in re sit ad officium fungendum exci-  
 tatus? At neque irreligiose, inquit, est accedendum: *Veneratio.*  
 hoc est absq; veneratione. Quanto enim religiosio-  
 res & sanctiores res diuinæ habentur: tanto magis  
 eas, & quidem tales, percipimus. Nam & ipsi cultui  
 numinis pro vitili nos submittimus, & in eo veluti  
 grandescimus. Cum autem dixisset, non esse negli-  
 genter faciendum: veritus videtur ne quis dicere se  
 putaret, etiam supra vires ista esse facienda. Vbi vero  
 modus esset optimus, si diuinis in rebus non esset:  
 quæ omnia moderantur, optimisq; terminis defi-  
 niunt? Deinde nihil æque diuina continet opera,  
 quāsi in iis perennis æqualitas conseruetur: & quo-  
 ad eius fieri potest, neque dicto, neque facto quic-  
 quam immutetur. Neque vero fieri potest, vt supra  
 vires s̄æpe facias. Videntur autem ii qui in res diui-  
 nas profusi sunt simul & Deū corruptelæ cōdemna-  
 re, & ignorare quem v̄sum ista in diuinocultu habe-  
 ant, cum primitiæ sint eorum quæ diuinitus acce-  
 perimus. Ego igitur mirabilem hunc v̄lū secutus,  
 pro virili hunc quoq; sermonem declarauī. Sed quia  
 capit̄s huius initio, tres de Diis quæstiones com-

*Moderatio*  
*diuinī cul-*  
*sue.*

*Modus re-*  
*būs diuinis*  
*in primis ad*  
*hibendus.*

*Demonstra-*  
*tiones de*  
*Deo.*

*Esse Deum,*  
*cōscensus hu-*  
*mani gene-*  
*rū confir-*  
*mat.*

*Acrothoi-*  
*te.*

*Dei prouid-*  
*diam re-*  
*rum huma-*  
*narum con-*  
*fuso tollere*

pendio perstrinxit, quæante omnem legum latio-  
nem, morumque disciplinam certæ compertæque  
habendæ sunt, Deos & esse, & prouidere, & bene, iu-  
steque administrare omnia: nihil verat ob impor-  
tunos quosdara homines, demonstrationes subi-  
cere questionibus. Natura enim non homines me-  
do, sed & brutaæ animantes & stirpes & lapides, ea  
denique omnia quæ sunt, pro sua quodque virili, ad  
numen respiciunt. Homines vero præter id, a pa-  
rentibus etiam statim a puero ad pietatem assuefi-  
unt, & communes hominum sequuntur notiones.  
Omnis enim homines, tam Barbæ quam Græci,  
tum infinito superiori tempore, tum nunc, quam-  
uis alii alii rationibꝫ, Deū esse censem, Acrothoi-  
tis exceptis: quos narrat Theophrastus, cum nullū  
coletent numen, subito vniuersos a terra absorptos  
esse: & si quis forte aliis vñus atque alter, ab omni-  
æuo, talis fuisse perhibetur. Fit autem, vt quidam  
eo quod absque demonstratione credunt, & quia  
bonos viros esse miseros, beatos & felices improbos  
vident, parum curent insulas a natura ipsa notio-  
nes, & non aduersentur Tragœdiæ dicenti,

“ Deos non esse, dicere an non audeam,  
“ Res improborum tam secundas intuens ?

*Felicitas in*  
*animo sita*  
*inuiolabilitas.*

Rectum igitur fuerit, hos vel Epicteto obtemperan-  
tes, non in rebus externis, sed in nostra potestate  
sit, bona & mala nostra collocare. Sic enim neque  
cum bono viro vñquam male agetur, neque vñllus  
improbus erit beatus. Nos quoque nudas illas de  
Deo notiones demonstratione firmare pro virili co-  
nabimur. Est aut considerationis huius initium, ut  
quid Dei nomen signifieet videamus. Sciendum igit-  
tur, Græcis θεος, quos Latini literis nonnihil im-  
mutatis Deos vocant quæ in cœlo circumaguntur,  
stellas, a cursu & motu celeritate ( θεος enim curre-  
re significat ) appellasse. Post autem ad incorporeas  
quoque naturas, rerum causas, & ad vnicum omni-  
um principium & causam, id nomen translusisse, vt  
id signi-

*1. Etymolo-*  
*gia Dei.*

*2. Definitio*  
*Dei.*

id significet principium rerum, & causam mente comprehendendam, primam omnium atque principem. Quæ enim sunt, aut casu atq; fortuito sunt omnia, aut ex antegressis causis oriuntur. Enimvero quod casu & fortuito sit, neque causam effectricem definitam, neque certum finem propositum habet, quo referatur. Nam aliqui non casu, sed ex antegressa causa existisset, atque ad finem aliquem referretur. Neque vero eorum quæ temere ac fortuito sunt ortus, certum ordinem & consecutio-  
*Rerum nascientium regularis ordo.*  
 nem perpetuam seruat. Ea vero quæ natura & consilioso geruntur, & ordinem seruant, & ad finem certum referuntur. Agricola certe quidem & scribit & plantat eo fine, ut aliquid nascatur, & animantium congressus procreationem sibolis spectat: & certa series, certus ordo ab initio ad finem usque procreationis seruatur, aliis in initio, aliis medio, aliis in fine pari ordine consequentibus. Nam in plantis quidem semen in terram cōiectum & irrigatum aqua, radices agit & germina primum, mox culmum profert, aut ramos alit, ceteraque ordine usque ad frustum & maturitatem. In animalibus autem semen monstruo sanguine perfusum extenditur & infornatur, dum fetus fiat, qui eo usque alitur & perficitur, donec suo tempore in lucem edatur. Atq; hic ortus ordo atque progressio perpetuo conseruatur. Quod si ea quæ natura consilioque sunt, & causam definitam habent, & eorum auctor certum sibi finē proponit, & progressionē atq; ordine eodem perpetuo res absoluuntur: utiq; colligitur, ea quæ natura consilioque in mundo sunt, ac precipue spectentur, non casu & temere fieri, sed causis antegressis. O Ad unam portet igitur causas eorum quæ oriuntur, ante tandem pri-  
*mam causam veniendam.*  
 gressas esse. Quæ si orta sunt, necesse est eorum etiā alias esse causas priores, donec ad eas peruentum sicut nullum habeant ortum: quæ non iam sunt ex eorum numero quæ oriuntur, sed quæ res subsistantes dicuntur rectius, cum omni prorsus ortu careant, quippe quæ causam cur sint, nō aliunde,

sed in semetipsis habeant. Itaque primæ causæ, ortusq; expertes, aut per se subsistunt, aut his sunt præstantiores: ut in progressu orationis ostendetur.

**A mobilib.** Deinde etiam a motione ascendendo, primas mouentes causas inueniemus aut per se mobiles esse, aut immobiles. Quod enim suo motu non cietur, ab aliis quopiam cietur, atque id ipsum rursus ab alio: fitque sic progressio infinita, quam rerum natura respuit. Nihil enim ista ratione futurum est, quod vel moueat vel moueatur, nisi sit principium mouēs.

**Id quod pri-** Aut necesse est, id quod primum alieno cietur mouēt, ab eo ceteri quod vel per se mouentur, vel quod per se mobili- est immobile. At vero quod ab omni motu alienum le est, magis sistit & campingit, & singulis rebus id confert, ut in eodem statu permaneant, nec immu-

### Mobilis.

tentur. Necesse igitur est, per se mobile id esse, quod primū mouet ea quæ aliunde cierunt. Ea vero sunt, quæ oriuntur & occidunt, quæ augentur & minuantur, quæ mutantur qualitatibus, quæ ab aliis locis in alia loca transeunt. Neque enim id quod oriatur, oriiri a se ipso potest (sic enim esset, antequam esset) neque id quod augescit, a se ipso augeretur, sed accessione aliqua facta. neq; quod sit aliud a se ipso sit aliud, neq; etiam locum sua sponte mutat. Cum enim ea quæ his, quos exposui, modis mutantur, corpora sint; ea per se non posse moueii constabit. Oportet igitur proximas iis, quæ oriuntur & aliunde mouentur causas, per se esse mobiles. Nam si vi-

**Motionis** universa stare fingas, non aliunde cietur mobile, nisi a per se mobili. Nam quod immobile est, eodem semper modo se habet: & quod aliunde mouetur, mouentis ex parte facultatem. Præterea principia simplicia quoque esse oportet. Composita enim e simplicibus constant: itaque ab ipsa natura comparatum est, ut simplicia compositis antecedant. Videamus igitur inferne ascendendo, & a vicinis auspicando, ut queratur, an corpora principia esse, & talia esse possint, qualia prima principia esse oportere statuimus: an vero per se neque subsisti-

**principium**  
**non esse posse**  
**corporeum.**

stere,

Aere, neque moueri possint, mobilia ista corpora.

Quod enim est per se mobile, aut parte mouēs, par- *a utrōkīrāma*.

te mouendum, dicitur per se mobile, aut totum

seipsum mouens, & a se ipso mobile. Verum si par-

te mouet, parte mouetur: de mouente parte rursus

.dem est querendam, vtrum per se mobilis ea sit:

an cum aliunde moueatur, moueat? Quod si hoc:

aut in infinitum progrediemur, aut per se mobile

statuemus primum illud, vt quod totum & moue-

at & moueatur. Eadem & de iis dicenda sunt, que *auijonīq̄s*

per se subsistunt. Necesse enim est primum illud *m̄*.

& proprie per se subsistens, eiusmodi esse, quod to-

tum & subsistere faciat, & subsistat. Quod vero eius-

modi est, in id mox etiam necesse est neque parti- *ājupn̄ r̄ḡ*

one in neque disiunctionem cadere. Nam si dividit *ādīāq̄s*

& coniungit queat, nō potest totum secum ipso con-

iungit, vt totum sit mouens. Idemq; totum id quod

mouetur, aut totum id quod constituit, & totum id

quod constitutur. Sed ne simplicia quidē esse pos- *πḡtutupḡd*

sunt corpora, que subiecto aliquo constat, & forma,

& multis quibus compleantur rebus, magnitudine,

figura, colore & similibus, que nō sunt primæ & ef-

ficietes species, sed participationes earum specierū

in subiecto aliquo informi, q̄ participat, existētes.

Vbi enim primogenitū formæ sunt: vnumquodq; id

ipsum est quod est, nec eget societate informis alicu-

ius. Vbi vero participatio est a primogenitiis, omnino

aliud esse oportet quod participat, cū per se informe

sit. Igitur si principia incorporeæ & individuula sunt &

simplicia, & per se efficacia & p se mobilia & subsistē-

tia, aut aliquid hisce præstantius corpora vero talia *Animam*

esse non possunt, corpora principia non esse constat. *esse primum*

Quid ergo est per se mobile, quod esse corporū dici-

mus, que alieno carent motu, atq; principiū habere

cum iis collata rationem? An hoc id est p intrinse-

cus mouet? At si & ipsum ab alio moueretur, nō id

per se moueri diceremus, sed extrinsecus, veluti cor-

pora. Nam proprie mouens est primū mouēs: veluti

si manu & baculo moueam lapidē, ego sum proprie

is qui mouet. Quid ergo est quod corpora intrinsecus moueat? Quid aliud, nisi id quod animam dicimus? Nam quod est animatum, intrinsecus mouetur: & quod intrinsecus mouetur, animatum dicimus. Quod si anima est quæ intrinsecus mouet corpora, quod vero corpora intrinsecus mouet per se mobile est: anima per se mobilis, erit principium & causa eorum quæ oriuntur & mouentur, horumque rationes in sese continens secundum quas ea fiunt quæ fiunt, & mouentur quæ mouentur. Nisi enim primariae sunt in corporibus formæ, sed ex eo quod per se mobile est, proxime constituuntur: nimirum cuiusque speciei corporum, atque adeo eorum quæ orta sunt, primarium principium anima est, atque illa sunt sinceriora & puriora. Ut enim uno rem exemplo declaremus, pulcritudo corporū in carnibus sita est, & iis quibus expletur corpus atque absolvitur, si ita cadat, animalium: quæ & illa quantum fieri potest exornet, & ipsam deformitatis eorum partem capiat, & in eam demergatur. Animali vero pulcritudo his soluta omnibus, neq; iam imago pulcritudinis, sed ipsa pulcritudo, ratio pura est, non alibi quidem pulra, alibi vero non pulra, sed tota & penitus pulra. Quare etiam cum anima vel suam, vel alterius animæ pulcritudinem persperxerit, pulcritudinem corporis aspernatur & despicit,

*Anima cœlestes, sublunarares.* ad illam alteram inclinata. Sic etiam aliarum sortimatum qualibet primaria & sincera est in anima. Constat autem, ut corpora, sic etiam animas diuidi, quæ sua corpora mouent: aliæque sunt cœlestium, aliæ sublunarium. Absurdum enim est, cum deteriora corpora sint animata & viuant: præstantiora carere anima atque vita. Est etiam animarum ratio quædam inter sese, quemadmodum & corporum.

*Anima cœlestis principium quidem, sed non primum.* Cœlestes enim animæ earum causæ sunt quæ infra lunam sunt: ac reuera magnificum quiddam principii rationem accommodata, neq; tamen primi. Quod n. per se & mouetur & subsistit, quamvis iis quæ

iiis que alieno motu centur, & aliunde existunt priora, duplarem rationem habent, mouentis & mobilis, efficientis & effecti. Oportet autem simplex antecedere composito, & vnum prius esse mobus. Præterea quod per se mobile est a se ipso ietur, sed mouetur tamen & mutatur, licet non essentiæ ratione, sed secundum actiones: ac non corporeis mouetur motionibus (nam quod ad illas attinet, immobile est) sed animalibus: quarum nomina sunt, considerare, deliberare, cogitare, opinari: quibus ipsa cum moueat, corpora mouet corporeis motionibus. Omnino autem ante id quod Constantia vicunque mutatur, esse oportet id quod nullo motionum modo mutetur, ut & id quod mutatur, mutabile & mutatione maneat. Motio enim atque mutatio & celesti. num ab imbus & sublunaribus inanimatis praestō est, mouente mobili esse anima prima. Quod vero semper eadem ratione, causa, Deo. codemq; modo, & circa eadem, & vna ratione unoq; ordine sunt, cœlestibus vnde contigit? Vnde autem sublunaribus etiam contingit, ab eisdem perpetuus ad eadem veluti in orbem redditus? Elementorum vero & animantium & stirpium, etiam si numero non permanent, eadē in orbem redeuntia tanquam cœlestia: specie tamen in eadem restituuntur. Nam ex igne aer, & ex aere aqua, & rursus ignis: post ver, æstas, & autumnus, & hyems, rursusq; ver: & e frumento culmus, & herba, & spica, & rursus frumentum: & ab homine semen & menstruum, & rursus homo. Vnde igitur ista ad idem reversio? Nā ipse motus discriben diversitatemque efficit. Non dubium quin ab immobili aliqua & prorsus immutabili causa, cuius vna eademque ratio perpetuo est. Nam ei quod alias celeriter cogitat aut facit, alias diutinas habet actiones, id antecedere necesse est, quod vno codemque modo perpetuo se habeat, & ævo diuisionis & motionis experte agat omnia. Quanto enim eo quod per se mouetur sit præstantius illud, cuius non essentia modo est immutabilis, sed & potentia & actio, clarum est. Quod vero præ-

*Nihil Dei maiestate vel dei vel cogitari dignum potest.*

stantius, idem etiam essentiæ ratione prius esse necesse est deterioribus: estque ad principia ascendendo quærendum, possit ne aliquid eo esse principio vel tantius quod statuimus? Quod si repertum fuerit: rursus in illo quærendum, donec ad supremas cogitationes peruenierimus, quibus nihil restet excellentius, nec prius ab ascensu desistendum. Neque enim verendum, ne inanis sit nostra progressio, maiora quedam, quæque prima principia excedant, de iis cogitando. Neque enim fieri potest, ut tantum saltum faciamus cogitatione nostra, ut æquemus primorum principiorum dignitatem, ne dicam superemus. Una enim hæc quæ ad Deum fit contentio, est optima. & omnis, quantum fieri potest, erroris expers. Cui cum eoruim bonorum quæ cogitatione persequimur, honestissima & sanctissima, & primaria tam nomina quam res tribuimus: illud persuasissimum habendum, nihil nos illi dignum ipso tribuisse. Sed ad veniam impetrandam illud nobis satis est: quod nihil superius illis habemus. Oratione igitur a per se mobili ad immobilem progressa, & omnibus modis innutabilem causam, quæ uno eodemq; modo semper se habet, tam

*In uno Deo principia omnia speßanda.*

essentia quam viribus & actionibus, & in æternitate collocata in, quæ tempus cum iis quæ mouentur prodxit: multorum quoque principiorum, quæ sunt in per se mobili magis principales causas in immobili: spectinclus immobiles, æternas, perfectas & inter se copulatas, ut vnaquæque contineat universas ob coniunctionem, ea discretione, quæ animo & mente fit, impermista manente. Vnde enim est formarum, quæ in mundo sunt diiudicatio, si mundi opifex Deus pro causis in ipso distinctis eas non produxit? Neque tamen illic talis est principialium formarum singenda diiudicatio, qualis est hic imaginum: neque animalium rationum discretio talis est, qualis corporum. Sed eiusmodi qualis est octo cœlorum, quorum quodlibet, & quæ in eis infixa hærent siderum, totius cœli pars est, & quidem pars

pars absoluta & integra, atque essentia integra prædita, suisque peculiaribus prædita facultatibus & actionibus. Neque vero cœlestes tantum, sed sublunares etiam formæ qualibet perpetuae sunt: ut ho-  
inis, & equi, vt fucus & vitis. Integra sunt enim  
orum singula, et si non in individuis, vt corpora  
cœlestia: at ratione formarum, quæ suis differentiis  
completant mundum. Eodemque modo simpliciorum etiam generum quodlibet formas constituentium: velut essentia, motio, statio, & ea quam  
Gracios imitatis identitatem dicere licet, quæ illis  
*curiosus* est, diuersitas, pulchritudo, veritas, concinnitas, cæteraque omnia quæ sunt in mundo corporeo,  
in suo quodque genere totum & perfectum est,  
multasque habet differentias in seipso. Multo vero  
magis in anima vniuersali integrum vnumquodque  
in primis est, principium & causa corporearum re-  
rum, quæ hic sunt, per se mobilis, earum differentias  
copulate in se complectens, & ad illam ut perfectio-  
rem & sinceriorem & evidenter in res terrenæ  
sunt effectæ, multoque magis horum primogenitæ  
formæ intelligentes & diuinæ. Obvniōnem enim  
quæ in illis, vt dixi, est, nō contactu aut continuitate  
aut temperamento corporeo, sed inseparabilem &  
indivisiibilem formarum copulatione & vniione,  
ita suam quodque perfectionem habet, vt imper-  
fista maneat discretio: & vnum quodque principium  
est, & primaria effectio sua formæ usq; ad ex-  
tremas. Multa vero illa principia rerum omnium  
ab uno principio sortita sunt principii dignitatem.  
Nam ante multa illa, causam, ob quam & multo-  
rum quodlibet vnum est, non tamen tale quale id  
est, quod multis antecedit, esse necesse est. Nam vnu  
de multis pars est multorum, vici simique simplici-  
tatem vnius suscipit. Id vero vnum, quod multis  
antecedit, multorumque causa est, multa in seipso  
iam continet, cū vna communione sit omnia ante  
omnia, causa causarum, & principiū principiorum,  
& Deus deorum, sicut ab omnibus naturæ ipsius

*Formæ seu  
species cadu-  
carum etiā  
rerum sunt  
eterna.*

instinctu celebratur. Est & bonitas bonitatum. nam primam in singulis proprietatibus causam, appetunt omnia quæ post eam sunt. Quod vero appetunt omnia, bonum est. Principium autem principiorum, bonitas est bonitatum, itemque facultatum. Quodlibet enim principium summam habet in suo genere facultatem: principium vero principiorum, summam super omnes facultates habere facultatem, quin & cogitatione praeditam esse summa necesse est, neque enim quicquam a se creatum ignorauerit. Omnia porto ab ipso facile producta sunt. Quare necesse est, quemadmodum oratio demonstrandi ratione a partibus ad totum ascendit (nec enim cognouissemus quantum esset totum, & quale esset, nisi partes fuissent ante contemplati. Sæpe enim fit, ut partem aliquam ipsum totum esse iudicemus) sic etiam honos & cultus per partes ad totum est referendus, sicut & quodlibet principium est principium, eaque ratione agnatum toti, ut & nominis eiusdem particeps. Neque enim nomen tantum est commune: sed & ipsa principalis dignitas & excellentia principiorum, qua a se orta id superat, ab uno & toto multis illis & singularibus est concessa. Si quis vero non committendum putat, ut eodem appellantur nomine singularia principia, quo totum: is primum recte omnino putat, cum principalis illa dignitas communis esse videatur. Deinde cætera quidem principia vocet, illud autem principium principiorum. Etli enim & singularium quodlibet, principium principiorum, cum alia angustiora principia complectatur (aliud est enim naturalis pulcritudinis principium, & aliud corporeæ, & commune quodam modo utrisque pulcritudinis ut pulcritudinis principium) tamen id quod est proprium principium principiorū. illud est, quo nullum est superius principium, itemque causa causarum, &

*Nullum Dei* Deus deorum, & bonitas bonitatum. Præterea considerandum accuratius est, causæ omnium, quæ super ea omnia est quæ sunt nullum esse peculiares nomen.

men. Omne enim nomen distinctam aliquam motionem complestatur: sed ex iis nominibus, quæ rebus ipso posterioribus indita sunt, honoratissima quæque nos illi tribuerit. Atque adeo ipsum Dei nomen ut dictum est, a celestibus corporibus est anslatum, quæ celeriter moueantur & currant. Pium etiam cum vocamus, & humanum & bonum, & dominum & fortem, nec eorum nos pudet quæ multis hominibus tribuere solemus. Sed hæ hac tenuis de prima trium quæstionum, qua propositum fuit demonstrare esse prima rerum principia, & auctorem omnium rerum esse Deum, et si gradus quidam ad summum fastigium ascendendi, & absolutissimam perfectionem, defunt. Scio enim & horum nonnulla visum iri superflua quibusdam, quod quidem ad principalem scripti scopum pertineat, qui est, ut Epicteti enehiridion declaretur. Altera erat, Deum eurare & administrare vniuersa: quod etsi & ipsum, nisi fallor, copiose in superioribus est demonstratum, tamen ex professo etiam tractari profuerit. Sunt enim qui existimant esse numina, & quidem talia, qualia sunt exposita, bona, & summa potentia prædicta, perfectissimaque cognitione: sed ea res humanas contemnere tanquam viles, & sua curatione indignas. In hanc vero sententiam deueniunt ex humanatum rerum perturbatione, eum homines improbos vident imperii, opibus, valetudine florere, & vsque ad obitum secundis rebus vti, easque interdum liberis suis quasi per manus tradere: bonos autem viros ab eis immaniter excarnificari, nulla sequente (ut putant) vltione. His enim de causis, alii (ut prius dictum est) esse Deum negare non dubitant: alii, quamvis & esse Deum, & talem esse proper communes notiones fateantur: tamen res humanas ab eo curati non credunt, praesertim priuatis calamitatibus conflectati. Neque enim tantam fore perturbationem, neque tam improbos impunitos, quam bonos viros inultos permanens, diuina prouidentia mundum procurante. Est

*II. Questio,  
Deum cu-  
rare & ad-  
ministrare  
vniuersa.*

*Aduersari-  
orum argu-  
menta.*

*Argumentū igitur de his etiam in vniuersum dicendum, & divisione explicanda hæc quæstio. Nā si dii cūn sinr, non consulunt rebus humanis: aut quod ignorant iis esse consulendum, non consulunt. Quod si est, aut quia non possunt, non prouident: aut quia nolunt. Iam si quia non possunt, id sit, aut propter magnitudinem rerum humanarum, Dei potentiam excedentium: aut ob paruitatem & vilitatem, prouidentiam effugientium. Sin cum possit, non vult: aut ob delicias & ignauiam eas negligit: aut rursus quod ob paruitatem & vilitatem, quamvis possit, eas aspernatur. Cum autem generalis diuisio sit hu- iusmodi: interim ad omnes eius sectiones sic dicendum: Cum tale sit numen, quale descriptum est, cognitione præditum exquisitissima, & potentia firmissima, & voluntate optima & omnes res a se ipsis producat: nec ignorat res a se conditas esse cu- randas (qui stupor ne in stupidissimas quidem pe- cudes cadit: nam illæ quoque suos curant foetus) nec ob magnitudinem relinquit (qui enim maior erit res condita suo conditore?) neque vt viliores, quam quæ currentur, aspernatur. nam si tales erant, cur omnino condebantur? At nec voluntas eius est accusanda, quasi ob delicias & socordiam eas ne- gligat. hominum enim isti affectus sunt, nec omni- um, sed non proborum: cum ne pecudes quidem ita vel delicatae vel ignauæ sint, vt foetus suos negli- gant. Neque vero tanquam viles eas contemnit, quas condere non est dedigratus. Sic nullo modo fieri potest, quin Deus consulat rebus a se conditis.*

*1. Res huma-  
nas ob vil-  
itate a Deo  
baud negli-  
gi.*

*Sequitur, vt seorsim iis respondeamus, qui quod di- uinam magnitudinem intelligunt, ac potius intel- ligere sibi videntur, res humanas extenuant, & di- uina prouidentia indignas ducunt. Esse hominem & res humanas non ex vilissimis vniuersi rebus. Nam & animans est homo, & anima præditus ma- ximi pretii, & rationis capaci: nec est vilum anima- lium genus, quæ quidem nasci soleant, magis pium, & religiosius, Quare homo nec inhonorata, neque vilis*

*Generalis  
responso.*

vilis est Dei possessio: neq; etiam res humanae, quas animus rationis particeps administrat. Quod si quis vel exiguum rem statuat esse hominem, eo facilius eius esse curationē fateatur. Sicut enim sensus

*Quo mino-  
res, eocu-  
rantur faci-  
line.*

minor facilius apprehendunt, minoraque difficultus ( nam quo quæque minora sunt, eo difficilius & videntur & audiuntur ) ita vires & facultates minora cum facilius ferunt, tum magis retinent illa quam maiora. Facilius enim gestatur mina quam talentum, medium iugerum facilius aratur & foditur quam integrum. Quo quis igitur minorem hominem statuerit, eo faciliorē eius esse curationē assentietur. Iam si totū mundum cuiat Deus, mun- *Deus totum*  
diciam partē eum cuire est necesse, vt & artifices *mundum cu-*  
faciunt. Nam medicus, cura totius corporis suscep- *rat. Ergo &*  
pta, ne partes quidem neglegit: neque imperator, *homines,*  
neque pater familiā, neque reipublice gubernator. *mundi par-*  
Partibus enim neglectis, totum ipsum peius affici *tem.*  
est necesse. Abstinet igitur vt Deus in suacuratione ho-  
minum diligentia vincatur, qui vna eademque arte  
& partes & totum curant, cum ipsarum partiū cau-  
sa, tum vero propter totum. Nos vero euent⁹ quos-  
dam (vt dictum est) agre serimus, ignorantes qua-  
tenus ista quoque conducant vniuerso. Si quis vero *Deus alio*  
existimat Dei rerum humanarum curam, quæ *negotio con-*  
multum habeant confusioneis, multum perturbati- *fuis rebus*  
onum atque tumultuum, negotio faciliere Deo, *humanis.*  
cumq; a sua beatitate abstrahere: cum appareat hu-  
manis curatoribus similes putare Deos, & rationem  
curationis ignorare, qui necesse esse existimet, sicuti  
nos, ita Deum etiam, si quid curet, scorsim illi adel-  
se, & persequi singulas suas actiones, nec vlli reial-  
teri vacare interim posse. Neque cogitat is qui ita *Similitudo*  
sentit, vel legislatorem, constitutis in republica *Legislate-*  
legibus, definisse, quæ cuique facta poena, quæ pro *rii.*  
inuria satisfactio debeatur: easque curatrices ad  
minutissima quæque statuisse, cum ipse interima  
mote & consuetudine sua non recedat, & quandiu  
leges durarint, tandiu per eas vrbi consulat. Neque

*Similitudo  
Legislate-  
rii.*

etiam considerat, Deum multo prius & magis condito vniuerso, animales esse nostras actiones, multumque habere & virtutis & vitii, perspexisse: & rationem excogitasse, quia ius cuique suum tribueretur, ut & in loca deteriora detruderetur: & quia fortuna vteretur, ut animus qui male se gesserit, aduersam, qui melius, bonam experiatur: & quid cuique perferendum aut faciendum sit pro dignitate inter se, & a se inuicem. Ceterum causas, ut tales aliae euadimus, & ab alia dignitate ad aliam perueniamus, id voluntati cuiusque nostrum reliquit. Quales enim fieri volumus, tales euadimus, ob animi libertatem, & quia penes nos est tam virtus quam vitia, omnibusque Deus præfecit potestates, quæ cuique delinquent id quo dignus est, usque ad minutissimas actiones. Neque cum hæc initio semel commentatus esset, tempore quodam a prouidentia recessit: sicut homo leges tulisse contentus est. Neque enim initium temporis habet diuina bonitas, per quam, quia ipsa est omnia bona fiunt: neque Deus alias adest, alias abest, corporum enim ista sunt. Sed & ipse semper omnibus adest, exemptus ab omnibus: & eius prouidentia, quia ipse semper ubique est, & bonus est, ad omnes res porrigitur pro conuenienti cuique dignitatis distributione, & ut a lumine Solis illustratur omnia. & alia vident, alia videntur, alia virent, alia generantur, atque etiam alia candelescunt, alia nigrescent, alia densantur, alia liquefunt, & prout cuiusque captus est, ita vnius & magnæ bonitatis eius absque negotio fit particeps, nihil in horum vlo sole faciente, neque a sua beatitate abstracto: Sic multo magis diuina bonitate, quæ & Solem mundo donavit, omnia fruuntur absque negotio, & bona fiunt, pro ratione sui captus, nihil ad hæc Deo faciente, neque distracto. Neque enim cum agit, vicissim patitur, ut res naturales: neque aduentitiam habet bonitatem, quæ aliquando ex hausta deficiat: neque ea natura est, ut alias alia agat, sicut noster animus, ac interdum procurando mundo

*Animi libera-*

*Διυάμους*  
*τιφοργη.*

*Deus sem-*  
*per adest o-*  
*peri suo.*

*Similitudo*  
*solis.*

*Animi simi-*  
*litudo.*

mundo desit, aut contentioni illi ad bonum, quod a  
 mundo profrus exemptum est. Nam si humanus a-  
 nimus perfectus, & ad Deum reductus, in sublimi  
 versari & totum administrare mundum dicitur:  
 quanto magis Deus, auctor animi, citra solitudi- *Casibus hu-*  
 nem & occupationem, consulet rebus a se conditis? *manū non*  
 Ac ne illa quidem, quæ iis accidunt, qui bona aut *tollī prouī-*  
 improbi habentur, eam vim habent, ut loco moue- *dentiam.*  
 ant prouidentiæ curationem. Neque enim verum  
 id est quod putamus, bonos aliquando calamitosos  
 esse, atque affligi, malos vero fortunatos & beatos:  
 si modo illa vera sunt, quæ supra diximus: neq; nos  
 canoris nugis occupati fuimus, cum demonstrare  
 museum esse bonum hominem, qui malum & bo-  
 num humanum in rebus nostræ potestati subiectis  
 collocaret: ac talis qui sit, cum nunquam frustrari  
 appetendo, neque vñquam in id incidere quod de-  
 clinaret. Quod si ita esset: nunquam ei quicquam  
 accidere mali? Nam & ii qui controuerſiam mo-  
 uent, malum esse dicunt frustrari desideriis, & in ea  
 quæ declines incidere. Quare nunquam insortuna-  
 tus est homo bonus, neque malecum eo agitur: &  
 vicissim malos homines esse infelices, qui vitam  
 naturæ humanæ contrariam agant, omnes fatean-  
 tur. Hi vero suæ libertatis & facultatis obliiti, qua  
 natura humana a cæteris distinguitur, in rebus ex-  
 ternis bonum humanum & malum collocant, in  
 valetudine corporis prospera, in diuitiis, potentia,  
 nobilitate, deliciis, & similibus: mala vero in con-  
 trariis. Itaque ea quæ in his bona videntur, appe-  
 tunt: alia, ut mala declinant. Necesse porro est in  
 externis rebus, cum in nostra potestate sitz nō sint,  
 & iis quæ appetuntur frustrari, & in ea quæ decli-  
 nantur incidere. Quæ vtraque ne aduersiorum  
 quidem iudicio bona sunt, sed mala. Quare mali *Vir malius*  
 cum plerunque in mala incident, si paulisper resi- *idem & in-*  
 puerint, inteligent se neque fortunatos, neque bea- *felix.*  
 tos esse, sed contra miserios & infelices. Quod si quis  
 singat eos in rebus externis aut plerunque, aut etiā

semper secunda fortuna vt: magis etiam infelices erunt. Quum enim iis rebus potiuntur, gliscunt in eis affectus & cupiditates naturæ humanæ repugnantes. Cuilibet autem id quod est ipsius naturæ contrarium, & malum est, & calamitosum. Quo

*Quæ & qua  
tenui bona  
aut mala?*

vero non tantum necessitate demonstrationum cogendi sunt auditores, sed paulatim etiam in nostrâ sententiam adducendi, si eos amplecti velis ea quæ de rebus externis, bonis, ut habentur, & malis dicuntur: eorum illos commonefacio, quæ ante dicta sunt: neceea quæ mala dicantur, esse mala, tametsi cum laboribus & difficultatibus coniuncta: neque bona propria bona, sed & mala quæ putantur, tum ægrotantium medicinas esse, tum valentium exercitationes. Bona vero & ipsa pro necessitate & dignitate tam accipiētium quam eorum quibus admuntur, dari atque auferri. Nam diuitiae quidem ei qui recte iis vt potest contingunt, ut & ipse facilius agitet, & aliis habeat beneficiandi facultatem: & ad beneficia voluntatis incrementum. Improbis vero in pœnam & castigationem. Etenim avari per omnem ætatem in congerendis opibus sollicite occupati, semper impendente metu, nullum ex pecunia fructum capiunt. Qua pœna quæ iustior & factior esse possit? Luxuriosi autem homines mendicis sunt egentiores: & præ delitiis quidam intereunt, propterque diuitias in maxima pericula devocantur, neque sui ipsorum pro dignitate curam gerunt: ob diuitias neque boni quicquam discentes, neque vitam naturæ humanæ consentaneam exquirentes & amplectentes. Sic valetudo, sic potentia nocent, maxime improbis: ac partim castigandi, partim vlciscendi causa tribuuntur, ut afflictione perturbationū obsaturati, tandem euomant affectionum commotionem, & iam ad castigationē & purgationem idonei reddantur. Nam curatoii animorū id curæ est, non ut animæ actiones secundum affectus, siue metu, siue propter alios affectus, cohibeantur: sed ut ipse malus habitus & prava consuetudo

*Diuitiae.*

*utique*

consuetudo destruatur. Atq; hæc supra dicta sunt copiosius: vnde, si cui sit opus, ea repeti poterunt. Ac *I I I. Ques-*  
*aduersus eos, qui suis disputationib. Dei prouiden-* *fio: Deum*  
*riam tollere conantur, satis multa diximus. Atter-* *esse immu-*  
*tium Seruatori, veteri consuetudine. Ad tertiam* *tabilem.*

igitur disputationem, Seruatore propitio, acceda-  
 mus, quæ & esse numina, & consulere fatetur rebus  
 humanis: sed eadem muneribus & donariis & stipis  
 distributione a sententia deduci statuit, vt noltræ  
 ætatis homines sentiunt, vt iniusti, auari, rapaces,  
 sint indemnes, si partem exiguum in hæc impende-  
 rent, & in eos erogari qui ob hæc vota se facere  
 profitentur, quiq; exorari Deum perlubent, permit-  
 tinq; facinora eadem, nec dandas esse peccati poenas.  
 E quibus sunt, quid bonitate Dei dignū esse dicāt,  
 conniuere & dare veniam delictis: in quo non satis  
 explicate, mihi quidem, & sentire videntur, & dice-  
 re. *Qui ergo isti rationi respondebimus?* Sed cum  
 duplex ea sit, dividenda est in eum, qui facit iniuri-  
 am, & qui accipit: & consideranda ista quæ iactatur  
 indulgentia & venia, quid & iniustis faciat, & quo *Impunitat*  
*modo affectos iniurii tractet?* Nam si bonum atq; *scelerum ex-*  
*vtile est iniustis permitti iniurias, neque poenas eos pedire ne-*  
*dare: fortassis a Deo proficetur ista indulgentia,* *mini.*

Bona enim omnia inde ad omnia perueniunt. Sin  
 id maximo eis malo est, & adiuvari ad iniuriam, &  
 non dare poenas delictorum: quo pacto istorum au-  
 tor erit Deus, vt omniū honorum auctor, ita mali  
 nullius, vt multis verbis est demonstratum? Iniu-  
 ria porro, auaritia, luxuria, contumelia, cum affec-  
 tiones sint, animi naturæ contraria, siquidem ho-  
 rum contraria naturæ sunt consentanea: morbi  
 nimirum & probra & vitia sunt animorum. Quæ  
 qui sua indulgentia fouet atque alit, nec medicinā  
 adhibet: malitiam auget scilicet. Idq; si muneribus  
 etiam delinquitur: an non mediocribus etiam  
 hominibus deterior habeatur? *Quis enim est qui*  
*suscepit rei alienus curatione, oblargitiones eam*  
*corrumpti sinat?* Nunquis ergo germanus medi-

*Corruptela*  
*munerum*  
*vel homina*  
*indigna.*

cus, eum qui eibis & potionibus aliquibus læditur, pretio aut precibus adductus, rebus noxiis audacter frui patietur, & ad earum usum adiutabit? Num quæ sectionē vstitutionemue desiderant, acceptis mēneribus incurata relinquet? Quod si medicina quædam improbitatis est vindicta diuina: humana medicina quo pacto deterior erit? Iam cum eorum

*Iniurias affe-  
cti non ne-  
gligendi.*

etiam qui iniurias afficiuntur, rationem habere dicatur, curamque suscipere: videamus & hos quomodo tractet, cum iniurios quodam modo & incitet & adiuuet ob largitiones? Age vero quis vel mediocris imperator hostibus ob largitiones prodat exercitum? Quis oues lupis opilio? Quid opilionem dico? Num pastorales canes accepta laceratarum ouium parte, diripiendum reliquum gregem lupis concedent? Et qui non erit impia ratio, quæ Deo id tribuat, quod & canibus sit indignum? Denique ab iniustis Deum seduci, quid habet rationis? Nam a

*Munera im-  
piorū Deus  
repudiari.*

religiosis quidem hominibus s̄epe munera Deus acceptat, nō quod his egeat scilicet sed quia iī a quibus offeruntur, vt animis, ita etiani externis rebus ad eum se conuertunt. Quod si munera & improbi offerrent, orantes pœnam sibi irrogari, & adhiberi medicinam: fortassis ne ipsorum quidem munera Deus repudiaret. Sin vt deteriores fiant: quæ ratio esse possit? Nam si nihil aliud peccarent, illud satis

*Nos vel ad  
Deum con-  
serui, vel a  
uersi a Deo  
quidem, & vnde ortum suum habet, quæ muneri-  
bus contra.*

esset, quod sperant se Deum muneribus corrupturos, quo magis etiam ab eius familiaritate remoueantur. Quæ est igitur ista ratio perulgata illa quidem, & vnde ortum suum habet, quæ munerationibus & donariis & precibus & beneficiis & supplicationibus ait a sententia deduci Deum, & veniam dare peccantibus? Fortassis enim non temere fides ei adhibetur. Videndum igitur, ne si hoc ita simpli- citer dicatur, & dictu nefas sit, nec sine scelere probari possit. Nam cum eos qui peccarunt, ex animo de- liectorum pœnitent: ista conducunt ad reuersionem ad Deum, cum sint argumenta pœnitentiaz: quippe non animo tantum summissio, sed etiam corpore inflexo

infexo & prostrato, & rebus externis consecrandis, & in ea quæ Deo probantur impendendis. Neque enim nobis delinquentibus Deus aut auertitur, aut irascitur, aut recedit a nobis: neque penitentibus nobis, ipse reuertitur, aut accedit nos placatus. Humana enim ista sunt, & a diuina beatitate, ab omni parte immutabili, remotissima. Sed nos depravati, & contra naturā prolapsi, diuinæq; bonitatis dissimiles facti per iniustitiam, impietatem atq; amentiam: nos inde auellimus. Neq; enim vñquam ad omnia pertinentem eius prouidentiam effugere possumus: sed tum velut ægroti per illas tes improbitatis medicinæ, vindictæ aditum in nobis ipsis præbemus: nos ad eam prouidentiam & curationem Dei attemperantes atq; accommodantes: recuperataque natura nostra, & ad Dei similitudinem contendentes (ea vero Dei similitudo est. *Dei similitudo.* sapientia duce fieri iustum & sanctum) Deum accedimus, & cum Deo coniungimur. De hac autem nostra ad eum conuersione perinde loquimur, ac si Deus ad nos conuerteretur: non secus atque ii qui sunt marinæ petrae iniecto, quia per illum & scipios & nauiculam ad rupem attrahunt, ob imperitiam cuius rei non se putēt ad rupem accedere, sed rupem paulatim ad ipsos appropinquare. Nam penitentia, supplicationes, vota, & similia funis rationem habent. Per eas enim res auulis redditus datur: qui fit non dictis, sed factis, cum Iesus a nobis iniuria, aut contumelia ludibrioue quovis modo affectos placamus, vel ipsos vel eorum posteros: cum odi mus iniuriam: cum iniustos auersati, eorum consuetudinem qui iustitiam venerantur, expetendo, nosmetipsos castigamus, donec plane repurgemur. Hac ratione continenter est vtendum, nullis interuallis interrumpenda, vt ipsi in nos vindicemus. Evidens autem argumentum atque affectus est ve- *Nec eadem,*  
rz penitentia, rursus nec eadem committere, nec minora illis. Debemus enim inæquali inclinatione, tanquam nauigantes, in contrariam transire pat-

*Similitudo  
nauicula.*

*Penitentia  
non verbo-  
rum, sed fa-  
ctorum.*

*Nec minora  
committen-  
da.*

tem. Veram autem pœnitentiam satis ad perfectam purgationem esse, constat ex eo, quod & Deus hunc

*Omnis casti gatio ad ei⁹ qui castiga tur commen dationem refertur.* purgationis finem spectat. Omnis enim castigatio & vltio tam hic, quam apud inferos, eo fine adhibetur, vt animam suarum calamitatum pigeat, vtque improbitatem & vitam naturæ repugnantem oderit, vtque vltro amplectatur & diligat virtutem. Suntque certissimæ rationes, & mentis perfections, cum quis ipse sibi sit vindicta. Atque hic fortassis citius rem bene gerit, quod vltro & sua sponte castigatur. Cruciatum enim & dolorem animi postulant, qui delitiis & voluptatum illecebris inescati peccauerunt. Quos enim vere delictorum & peccatorum pœnitent, hi acerbissimis conscientiæ cruciatibus scipios mulcent: qui magis dolorifici mordacioresque sunt quam corporis cruciatus, & consolationem minus admittunt. Hæc contra tertiam impietatem, trium illorum pessimam, dicta sunt. Optabilius enim est, potius non esse, neque prouidere: quam si sis, & prouidere videaris, iis insidiari quibus prouideas. Hoc enim est male esse.

*Non esse, quam male esse, praestat.* Malumus autem non esse, quam male esse. In causa est, quod bonum altius est, quam id quod est, & quā ipsum esse: & quia bonum, eius quod est, principium est. Quare finis etiam omnium, hoc est, eiusque causa fiunt omnia. Nam & ipsum esse, tanquam bonum amplectimur. Quare cum male nobis est, non esse malumus. Longius fortasse quam hoc institutum postulat, explicandis hisce questionibus sum proiectus, eo quod omnis honestæ ritæ & perfectionis animi principium & finis est ad Deum conuersio, cum & vere de eo sentimus, esse Deum, & consulere rebus humanis, & bene iusteque omnia gubernare: & cum paremus atque vltro cedimus iis, quæ ab ipso geruntur, tanquam ab optimo consilio profectis. Etsi enim & per se se mobilis est anima, & sui juris, & in se principia habet bonorum & malorum: tamen a Deo ita condita est, vt se ipsa moueret. Quapropter dum suæ causæ tanquam ra-

*Vera de Dco sententia, virtutis o mnis funda mentum.*

*Summum & unicum animi boni in Deo sitū.* Quodcumque est, tanquam a Deo condita est, & per se se mobilis est, ut se ipsa moueret. Quapropter dum suæ causæ tanquam ra-

dici

dici inhæret, & conseruatur, & suam habet perfectiōnem, cū qua Deus eam condidit. Si vero se se inde auellerit, & suam quasi radicē (quantum in ipsa est) deseruerit: marcescū & contabescit, turpis & infir-  
ma facta, donec de integro reuersa, & suæ causæ con-  
iuncta, perfectionem suam recuperarit. Neque vero  
hieri potest, ut vere conuertatur, nisi tribus his quæ-  
stionibus & mente perceptis, & ipsa viuendi ratione  
comprobatis. Quis enim aut ad id quod non sit,  
conuertatur? aut quod cum sit, nil nos curet: aut  
quod cum & sit & curet, illam curam malo fine ac  
nocendi studio suscepit?

## E P I C T E T V S .

**A**dvatatem accessurus, memento te negotii euen-  
tum ignorare: sed ea de causa adesse, ut eum a  
vate cognojcas. Quale autē id esset, utiq; cum vniuers  
sciuiissi, siquidem Philosophus fueris. Nam si ex eorū  
numero fuerit, quæ in nostra potestate non sunt: nec  
bonum esse, neq; malum, omnino est necesse. Noli igi-  
tur ad vatem afferre vel appetitionem, vel auerſati-  
onem, quoqui tremens eum accedes. Sed illud confitutu-  
sum esse oportet, nihil inter queruuis euentum inter-  
esse: neq; ad te attinere eum, cuiuscunq; modi sit. Li-  
core enim eo recte vti, neq; in eo tibi fore quemquam  
impedimento. Magno igitur animo deos ut consilia-  
rios accedito. Deinde, si quid consilii datum fuerit,  
memento quos in consilium adhibueris: & quorum,  
nisi parueris, auctoritatem sis neglecturus. Sic autē ad  
oraculum accipiendo accedito, quemadmodū Sacratè  
placebat: sis videlicet de rebus, quarum tota conside-  
ratio refertur ad euentū: & in quibus nec ex ratione,  
nec ex arte alia suppetūt occasione ad id quod propositum  
est, considerandum. Cū igitur vel amicus, vel pa-  
tria cum periculo defendēdā erit: noli consulere vate,  
sint no defendēdā. Nō si tibi vates pradixerit, extra in-  
fausta esse: moris significari cōstat, aut alicuius mem-  
bri truncationē, aut exilium. Sed yatio tamen subest,

**C**um hic illud etiam coniungitur: una cum amico  
Et patria periculum esse adeundum. Quamobrem ad  
maiorem venito vatem Pythium: qui templo esecit  
eum, qui amico in vita periculo non succurisset.

## S I M P L I C I V S.

Post officia aduersus homines & Deum, decu-  
iusq; officiis erga scipsum dicturus: medium quod-  
dam genus esse vidit, quod officium & erga Deum  
& erga semetipsum postularet, diuinationem. Tri-  
partita est autem oratio. Nam & quibus de rebus  
sint consulendi vates dicit, & quo animo adeundi,  
& quo pacto responsis eorum sit vtendum? Auspi-  
catus autem est a medio, quod ipse primum fortas-  
se statuit, quo animo sit adeundus vates, & appeti-  
tione & declinatione seposita.

**I.**  
**Q**uo animo  
sit adeundus  
vates.  
Nam aliqui tre-  
mentes accedemus, si appetimus timentes ne id  
fieri posse negent vates. Sin declinamus: ne id fore  
prædicat. **Q**uo pacto autem & appetitionem & de-  
clinacionem vitabimus? Si cogites, inquit, externa  
esse ea, de quibus vatem coniulimus. Nam in iis  
quaꝝ nostræ potestati parent, vate non est opus.  
Quis enim illum roget, an res naturæ consentaneæ  
sint expetendæ, eidemque contrariae declinandæ?  
Si legitur ea de quibus percontamur, penes nos non  
sunt: vt, An sit nauigandum? An contrahendum  
matrimonium? An ager emendus? Ea vero quaꝝ  
penes nos non sunt, nec appetenda, nec declinanda  
sunt: ad vatem nec appetitionem, nec declinacio-  
nem afferendam esse constat. Quid enim euentu-  
rum sit, ignoramus. Id ipsum certe quidem e vate  
quaꝝrimus. Sed cuiusmodi id sit, nosti, inquit, siquidem  
es philosophus: eorum quaꝝ nostri arbitrii non  
sunt, neque bonum esse quicquam, neque malum,  
eoque nec appetendum, nec declinandum. Nam  
harum rerum periti, signa etiam dicunt, consulto-  
rum auiditate confundi. Atq; hoc tibi vatem con-  
sulenti ad animi constantiam conferet, quod scis,  
quicquid eueniat, te fructum ex eo capere posse:  
eoque

eoque maiorem, quo res asperiores fuerint, recte illas gerendo. Fidenti igitur (inquit) animo. & nihil istorum metuens, diuinum expete consilium.

Sequitur officium aduersus Deum, vt omnino da-  
m consilium sequaris. Qui enim Deo suadenti

on obtemperat, cuinam obtemperabit? Nam quod aruspicum responsis aliquando non obtem-  
peratur. illud vnum in causa est, quod nostras appe-  
titiones & declinationes non coeremus. Quare nec appetentes nec declinantes accedere, non illud modo consert, vt fidenter & absque trepidatione accedas: sed & hoc, vt diuino consilio pareas. His expositis, subiicit, quibus de rebus sint consulendi

vates? iis nimirum, quatum exitus si nobis incer-  
tus ante rem peractam: cum ex ingenio & arte, ad illas res pertinente, atque experientia, finem animo complecti & prospicere non possumus. Nemo enim vates consultit, an homini cibo & somno sit vten-  
dum. omnino enim his eget animal. Nec an philo-  
sophandum sit, aut naturae congruenter viuendum?

cordato enim homini constat haec esse utilia. Neque domus quae aedificatur, qualis sit futura. Ars enim formam eius antea delineavit. Nec agriculta, sit ne plantandum aut serendum? haec enim agricultæ sunt necessaria. Quando vero, aut ubi, aut qualia semina, quales plantæ, si haec ante visitata non fuerunt, aut primum incoantur, fortasse rogabitur vates. Item an nauigandum sit, alieno praesertim &

periculo tempore. Non tamen rogandus vates, an prodeundum sit in forum, aut excundū in agrum.

Quamuis enim & haec euentus aliquando incom-  
modus sequatur, plerunque tamen ex sententia suc-  
cedant: id quod frequentius accidit, haruspicina egere non videtur. Licer enim ex ratione aliqua aut arte occasiones suppetant, ad perspicendum id quod propositum est: non tamen euentus erit o-  
mnino necessarius. Neque enim natura, neque ars,

neque consilium & voluntas in rebus externis ne-  
cessarium habent euentum: sed id quod plerunque

*Haruspiciū  
responsis p-  
rendum.*

*Quibus de  
rebus sint.  
consulendi  
vates.*

*Ob leuicu-  
las res non  
petendum  
oraculum.*

fit, satis causæ est cur vate non egeamus. Nam diu-natio de rebus omnibus, timidos reddit & ignauos, & vt parua magni fiant facit. Illud vero considera-tione dignum est: si de rebus nostræ potestati sub-iectis vates omnino cōculendi non sunt, quo mo-  
sentiendum sit de anima, sit ne ea mortal is an im-mortalis? & an hoc præceptore sit vtendum? Con-

*De rerum  
natura non  
vates, sed ra-  
tio consula-  
tur.*

stat enim, multos veterum de rerum natura con-su-luisse vates: quamuis hoc aut illo modo sentire de rebus, nostrum opus esse dicamus, & in nostra po-testate esse. Videntur autem ea quæ ratione percipi ac demonstrari possunt, ex demonstratione eognoscenda esse. Sicenim scientifica parabitur cognitio, si per causam demonstratio facta fuerit. Audisse au-tem ex Deo, immortalem esse animam, fidem qui-dem firmam parit, vt par est, non tamen rei sci-entiam. Si quem vero causas etiam edocere dignatur Deus, & scientem reddere: aliud hoc diuinæ boni-tatis genus est, non diuinatricis, cuius est, exitus actionum humanis ingenii obscuros prædicere. Quamobrem etsi quidam de rerum natura oracula consuluerunt: tamen hi & rari fuere, nec ex prin-ci-pibus philosophorū, sed ij qui certo credere ac per-suasum aliquid habere, quam scientia rem comprehendere maluerunt: cum probabile sit, velle Deum ut anima per se mobilis, per se etiā verum cernat. Atq; adeo Epicterus quoq; & Socrates illa scisitari vetare videtur, quæ anima per se cognoscere potest. Eum certe non probant, qui roget, an perieuli socie-tas pro patria aut amico sit coeunda. Recta enim ra-tio præscribit, discrimē illud non esse recusandum. Quamuis igitur difficultia quedam prædicta fuerint: nihilominus defendendi sunt. Quorsum igitur at-tinet de iis interrogare, de quibus constat quid sit agendum? Illud etiam patet, Apollinem ijs qui ro-garunt, an supplex dedendus esset, grauiter succe-suisse. Quæ.n. rectaratio fieri iubet: ea facienda sunt absq; interrogatione, licet cum molestiasq; peri-culis corporum & fortunarum coniuncta, cum & hæc ad

*De officio  
non percon-  
tandum.*

hæc ad nos referantur. Postquam vero demonstrauit, de huiusmodi rebus non consulēdos esse vates, eo quod cuiuscunque modi victimæ fuerint, omnino una periculum sit adeundum: idem etiam Annis auctoritate confirmat, qui cum qui amico cum interficeretur opem non tulisset, fano eiecerit. Nam duo Delphos petutiri, in latrones inciderunt, *Historia Delphica.* a quib⁹ cum alter interficeretur, alter aut fuga clapsus, aut alioqui non opitulatus, ad oraculum venit, e quo eum eiecit Apollo, his verbis:

*Cede meis adysiu cadis reus, intereuntem*

*Qui socium non suueris, et si proximus es.*

Quanquam autem constat cum, quamvis volueret, utique amicum periculo mortis non creputum fuisset: tamen periculi societas non fuit deserta, sed ferendum auxilium, licet una pereundum fuisset. Ob eam igitur voluntatem Deus eum pollutum iudicauit, ut qui ex nimio corporis amore amicum deseruisset, sicut in alio voluntate probauit, quamvis aduerso eventu. Cum enim iterum duo quidam in latrones incidissent, alter coniecto in latrones iaculo, eo frustatus, amicum percussit & interemit. Profectus igitur ad oraculum, zdem, ut cæde amici pollutus, ingredi non fuit ausus. Deus autem hos versus edidit :

*To crux haud maculat: nunc purior, atq; fuisti.*

*Est occisus enim tibi, dum defendie, amicus.*

Si igitur cæde amici non modo non pollutus est, sed purior etiam factus quam fuerat, ob bonam voluntatem: recte facta non in casuatque eventu, sed in consilio & voluntate posita esse constat. Considerandum autem est, & hæc quo modo dicta sunt, & quo ordine dicentur omnia, referri ad medium habitum eius qui non nullos progressus haberet & in philosophia versatur. Et enim hæc verba (Siquidem

es philosophus) in ijs etiam quæ sequuntur, tale aliquid multis locis significant.

## E P I C T E T V S.

**P**raescribe iam tibi formam quandam & legem, quam custodias quamq; & ipse tecum, & in c. re-  
gressibus hominum obserues. Ac maiori quidem ex  
parte silentium præstetur, aut necessaria dicantur,  
eaq; paucis. Raro autem, cum se obtulerit occasio, ad  
dicendum veniemus: sed non quidvis dicemus, non de  
gladiatoribus, non de ludis Circensibus, non de pugili-  
bus, non de cibis aut potionibus, qua passim inculcan-  
tur. In primis autem de hominibus cum verba sunt,  
ne eos vel laudemus, vel cōparemus, caueatur. Quod  
si potes, familiarium tuorum sermones suis sermoni-  
bus eo, quo decet, traducito. Sin a peregrinū circum-  
uentis fueris, taceto.

## S I M P L I C I V S.

Officiis eius qui aliquantum proscicit, & iam  
philosophatur, traditis: constituenda iam (inquit)  
atque definienda est certa quædam ætatis degende  
ratio, isti vitæ generi consentanea: ad quam singu-  
lae actiones sunt dirigendæ, quibus ipse auctor spe-  
ciatum recensendis, formam & normam totius vitæ  
præscribit, siue solus sis, siue inter alios verseris, te-  
nendam: illud scilicet indicans, in eodem statu &  
habitu, quoad fieri possit, perseverandam esse, &  
suam cuique vitæ rationem seruandam, nec exter-  
norum calium varietate, Euripi instar, mutandam.  
Socrates certè fertur, eodem semper vultu & habitu  
suisse, a quo nec lœtis nec tristibus rebus dimouere-  
tur, quod vnam eandemque vitæ rationem, suam  
utique perpetuo sequeretur. Est autem ea fortasse  
vitæ norma constituenda & definienda, quam com-  
pendio perstrinxit, cum diceret: Eam seruandam  
esse, siue tecum quid agas, siue cum altero contra-  
has. Eius autem forma primum & maxime propri-  
um est frequens silentium. Omnis enim institu-  
tions ratio coiescitur, ut & a rebus externis, & a bi-  
tis suis

Silentium.

tis suis affectionibus, & a corpore ad scipsum reuocetur animus, ut suo more codemque perpetuo tenore viuat. Quam ad rem silentium plurimum consert. Quia cœla Pythagoreis fuit efficacissimum diuinæ suæ iaciendi fundamentum, quinquennii *Ιαγνυδια* silentium. Ut enim sensus animum ipsis operam προσεγγιστι nauantem ad externa trahunt (quod ii declarant, *προσεγγιστι*. qui cum sese colligere volunt, & in sese descendere, & animi attentionem excitare, claudunt oculos:) sic animum etiam oratio, tum non operam nauantem sensibus, sed per sese agentem, magis ad externa effundit, cuius effusionis medium est silentium. Quod tamen non perpetuum indicit, neque ad Pythagoricum illud genus, flagrans & diuinum ad hortatur: sed ad civile, & hominibus accommodatius. Aut igitur tacendum est, inquit, aut necessaria *Qua dicenda*, & paucis interroganti respondendum. Ac *da sint?* formam eorum de quibus sit dicendum compendio descripsit: ea esse necessaria oportere, cum ad vitam degendam naturæ animi consentaneam, tum ad usum animantis. Nam talia cum & pauca sint, & res subiectas habeant, nec inania & indefinita: non neque turbant & abstrahunt cogitationem ad res infinitas. Descripsit & formam orationis, eam *Forma ora-* oportere succinctâ esse, & breuem. Nam si vagari, & *tionis*, in superficie hæc earum rerum de quibus sermo habetur, nec earum naturam habere perceptam, loquacitatem gignit: e contrario, si mens eas directe intueatur, & naturam earum velut in fasceum collectam & vim ac præcipua capita perspicerit: sermo *Cicero:* etiam qui de eis habebitur, ad præcipua capita re- *Habentur* uocatus, erit breuis. Si quando autem, inquit, pluri- *plerumq; ser-* bus etiam verbis erit opus (hoc enim sibi volunt mones aut verba: *AD DICENDVM ALIQVID VENIEMVS: non de domesti-* respondendo tantum, aut interrogando: sed perpe- *cu negotiis* tuam orationem habendo:) Si igitur, inquit, ora- *aut de Re-* tionis aliquando necessario mutata forma fuerit, & pub. aut de breuitatis loco prolixitas usurpata: rerum tamen *artium* fini- de quibus verba fiunt genus idem cum priore ma- *diss & do-* trina.

neat, ut de rebus necessariis sermo habeatur, siue ad virtutem adhortando, siue docendo, siue consulendo, siue consolando, siue de veritate naturae rerum inquirendo & disputando, siue Dei excellentiam & prouidentiam celebrando, & auxilium a degendam vitam naturae congruentem votis exposcendo. Non autem de rebus vulgaribus, de quibus verba fieri plerunque solent. Neque igitur de compositionibus gladiatorum, neque de ludis Circensisibus, aut aliis: neque de cupediis & poculis quibus ille vel ille vtatur. Nam qui sermones huiusmodi de rebus habentur, cogitationem etiam illis affigunt. Est & cum appetitum attrahunt, & vitam sibi conformem faciunt. In primis vero vetat, ne de hominibus verba faciamus siue vituperando, siue laudando, siue comparando, illum hoc esse honestorem aut deteriorem, in his alius rebus. Nam hoc quoque sermonum genus facere, vt animus ad externa porrigitur, a semetipso auersus, alienaque curet, & frustra laboret, perspicuum est. Cur vero maxime vetat, ne de hominibus loquamur, vituperando, laudando aut comparando? Quid enim hoc habet peius ceteris? An illud primum, quod is cum quo agitur, initio suscepit philosophie, illis studiis gladiatorum & pugilum & similibus relatis, de hominibus potius loquatur? Ad quæ igitur propensus est, abiitum maxime terrabit, eaq; cauere iubet. Deinde quod iidem affectus æque utrisque sermonibus mouentur. Nam & studia & odia tam in his quam in illis concitantur, cum verba de iis sint: & peculiaris affectus eos comitatur, qui sibi censuram de hominibus sumunt, ut despiciencia & superbia. Nam qui vitas hominum iudicat, sic iudicium fert, quasi illis esset superior. Atque etiam grauius peccatum est in dijudicanda hominum vita errare, quam in rebus ludicris. Neque vero dicendis solum istis, sed audiendis etiam est abstinentia. Nam & per auditum cogitationes excitantur, & appetitiones brutæ audientium. Adhæc, si qui talia dicunt,

*Vt de se se, ita nec de alio temere loquendum.*

*Etiā aures occludenda improbie & stultie sermonibus.*

dicunt, nisi auctoritate grauis alicuius viri deterreantur, fiunt impudentiores, & audaciā inuercundam nihilque reformidantem alunt. Quamobrem ait, siquidem potes, traduc tales familiarium sermones ad res graviiores. Si vero circumuentus fueris ab hominibus, qui aliud vitæ institutum sequuntur, praua institutione & consuetudine corrupti, taceto ( inquit ) ipse te silentio repurgans, & conuersione ad temetipsum.

## E P I C T E T V S.

**R**ISVS non sit multus, nec ob multa, nec effusus.

## S I M P L I C I V S.

Post commune præceptum philosophanti datū, ut in iisdem morib' permaneat, quam ad rem plurimum conferat silentium: maximum vitium exsultantis lætitiae restringit, quæ risu declaratur, etdemque ratione contrariū huic vitium, mœstiam fortassis, improbat. Nam latens animi ebullitio *Risus.* quædam est risus, sive spiritu intumescente, & sonitum edit ebullitioni non dissimilem. Euerit igitur constantem & placidam animi corporisq; habitudinem, ut & ploratus & euulatus e contrario moderationis stabilitati obstat. Ob hæc itaque frequens risus est vitandus: & si quando risum res postulet, ne sine ullo risu moribus asperioribus euadamus, & familiaribus stupidi & gratiaē omnis expertes videamus, pauca certe risu digna sunt. Unde qui crebro ridet, cum appareat facile efferrilætitia. Quamobrem id non sepe admittendum est, nec diu durare debet risus ( hic enim est quem multū dicit ) nec effusus esse, neq; cōfusus, sed labiis leuiter diductis fieri, ut non magna vultus apparet mutatio.

## E P I C T E T V S.

**I**Vsinrandum recusa, si fieri potest, omnino. Sin minime: quantum potes.

In hac enumeratione officiorum erga semet ipsum, post repressas magnas & vehementes constantis animi & morum sui similium eueriones a *Iuslurandum*. veneratione Dei orditut. Iuslurandum enim Deum citat testem, & sequestrum ac sponsorem facit eorum quæ dicuntur. Ob res humanas autem (quod perinde est ac si paruas & viles dicas) Deum producere: contemtum eius quendam innuit. Recusandum igitur est iuslurandum, siquidem fieri potest omnino: & labor ac mulcta quævis quam possis luere, toleranda potius quam iurandum. Si id aliquando necesse fuerit, ut vel a micum e periculo eripias, vel pro parentibus aut patria spondeas: quiduis perpeti præstabilius fuerit, quam pæctio nem religione numinis sancitam violare.

## E P I C T E T V S.

*C*onuicia externa & popularia denita. Sed si quādo se tulerit occasio, animaduersio exciteretur, ne forse in vulgarem consuetudinem prolaborari. Scito enim, si sodalis pollitus fuerit eum etiam quem attigerit, necessario pollni, et si purus ipse fuerit.

## S I M P L I C I V S.

Repressa leuitate aduersus Deum, multicipitem quoque reprimit cupiditatem, eique modum adhibet, a maxime necessaria cibi & potionis cupiditate auspicatus: & per alias corpori seruientes, ad coniunctionis appetitum procreandi causa progreditur. Nam eruditorum virorum conuiua, fercula quidem & pocula, ceterasque suavitates compotationum non præcipue spectant: sed reuera sunt sermonum communicationes & disputationes, ut indicant Platonis, Xenophontis, Plutarchi & aliorum conuiua. Vulgaria vero quæ ad voluptatem referuntur, & corporum oblectationes, pæstioni bruta rum

inesorūs λέ  
γοντι μεγάλων  
εἰστίναι.

rum mutarumque pecudum non fere sunt dissimilia. Vnde recte dictum est, inter mensam absque sermonibus, & præsepe nihil interesse. Decet igitur virum bonum plebeia conuiua suo instituto non congruentia recusare. Si vero ut iis intersit, tempus aliquando tulerit: seu festo aliquo postulante, seu patre cogente, aut etiā obsequii gratia, aliae quam grauiore de causa: excitetur (inquit) animaduersio, & vigilet animus, seq; intra semetipsum contineat: ne se ipso relieto, & popularibus cupiditatib. astuans, ad populi quasi tribum deficiat, & vna cum vulgo brutis appetitionibus inquinetur. Nam qui se inquinatis dedit, eorumque cupiditates sequitur: is quamvis antea purus, puras haberet cupiditates: per illos contaminatur. Polluitur enim id quod purum est, impuro contaminatum.

Mensa mu-  
sa, præsepe.

## E P I C T E T V S .

**Q**uia corporis seruitur, catenae adhibeantur, quatenus animo sunt usui: veluti, cibi, potus, amictu, ades, seruitium. Quicquid autem ad ostentationem aut delicias attinet, repudiato.

## S I M P L I C I V S .

**Q**uez causa tuendi corporis adhibentur, in pri  
mis parage necesse est: ac tum demum iis vtendum. **C**orpus, ho-  
mis minue instru Auctor vero nunc de vsu eorū loquitur, post etiam mitum, ita  
de iis comparandis dicturus. Ac fortasse præclarum curandum  
esset, nulla re egere hominem, quis sit animus ratio- sapienti, ut  
nis particeps. Sed quia mortalis corporis instru fabro bi-  
mento vtitur: satis est ei offerri necessaria, nec ad pennis.  
luxuriem delabi. Sicut enim fabro satis est in cu-  
randa bipenni, efficere ut ista sit magnitudine, figu-  
ra & acie prædicta: nec eam auro bracteare cupit, aut  
gemmae exornare, quod & sumtibus exhaustiretur,  
& contra rationem artis curaret instrumentum,  
atque arti inutile redderet: ita & nos aduersus no-  
strum instrumentum affecti esse debemus, nec illi

nisi ea quæ vsus & necessitas postulat offerre: e cibis & potionibus, ea quæ secundum naturam corpus humanum aluit, parabilia & naturæ conuenientiora diligendo. Hæc enim etiam puriora deprehenduntur, & tenuiora, & salubriora. Vixi enim opis est animanti: sed non tali aut tali vixi, ciborumq; varietate. Neque enim Theorionibus & Paxamoniibus natura nos conciliauit, & culinariis imposturis: sed vixi, quo id quod deceperit instaretur. Atq; hoc ita se habere, ii declarant, qui ob inopiam vti naturali vixi coguntur: mulio delicatis & luxuriosis saniores, vt agricola ciuibus, serui dominis, pauperes diuitiibus. Nam superuacanea & arte conquisita naturam onerant, vt dolosa & aliena, & ex genete venenorum quodammodo. Quare flatus & fluxiones inde generantur pernitioꝝ. Est igitur & multitudo & qualitas ciborum ac potionum naturali vsu instrumenti metienda, ne & parandi sumtu superuacaneo vexemur: & secus ac recta ratio praescerbit, instrumentum curemus, idque ad vsum inepius reddamus. Magnæ autem felicitatis est, ab ineunte ætate enutritum esse, & assuefactum. Sic enim corpori tolerabilis & accommodata & suauis erit, naturalis illa & tenuis & simplex diaeta. Eadem & in vestitu ratione vti bonum est. Socrates certe vestibus iisdem & hyeme & æstate vsum perhibetur. Iis vero qui Socrati collati delicate viuunt, satis erit aduersus caloris & frigoris hiberniperiem, lino e terra nato, & visitatorū nobis animalium lana & velleribus vti. At vero flumina Occidentis perscrutari, & quæ in iis sunt animalia excoriare, & serum orientalium egere opera, & filia vermium pectiosissimis & firmissimis apud nos rebus auro atq; argento redimere: magni fuerit & luxus, & incon-

*Theorion.*  
*Paxamoni.*

*Quo tenui-  
or vixi, eo  
salubrissus  
corpus.*

*Tenui-  
ducatum es-  
se, utilissi-  
mum.*

*Vestitus mun-  
dus, non lu-  
xuriosus.*

*Cicero: Ad siderantia. Eadem & domiciliorum ratio esse debe-  
vum ac-  
commodan-  
da est edi-  
ficandi de-  
scriptio.*

quæ & virorum & mulierum distincta habeat con-  
clauia: quamuis & hæc fortassis superuacanea fue-  
rint, ea quidem esse magnitudine ut triginta lectu-  
los capiat, aut parietibus & paumento marmoreo  
&c tessellato & picturato sit, aut singulis mensibus  
diuersoria distincta habeat, nihil est necesse. Neque  
enim vel vslus ista postulat: & miserum est, huius-  
modi assuetum, cæteras habitationes omnes im-  
probare. Neq; iam dico, qui his impense delectetur,  
cum felicitatem etiam in hisce collocare, suimet  
ipius prorsus oblitum. Qui si his exciderit, (quod  
quidē multis de causis accidere potest) plorate ne-  
cessile erit, & lamentari, seque infelicem tum iudica-  
re. Enim uero tum infeliciores eramus, cum hisce  
delitiis circumfluerimus. Consimili ratione seruo-  
rum etiam eo numero est vtendum, qui sit ad vsum  
& rei familiaris copias accommodat<sup>9</sup>, vt & necessa-  
ria eis præbeantur, & operæ exigantur tum diligen-  
tes, tum tolerabiles. Qui enim multos circumdu-  
cunt anteambulones & pedissequos, quorum id  
vnum munus est: hi non animaduertūt, & molestos  
sui custodes & obseruatores circunducere, vt neque  
suo arbitratu quoquam abire, neque priuatim &  
clanculum cum villo colloqui, nec ea quæ visa fue-  
rint, agere clam famulis possint. Sunt iidem & aliis  
hominibus molesti, res in foro venales partim su-  
rando, partim sapiendo, atque impune verberando  
& insultando, conseruorum subsidio freti. His  
igitur rebus & ignauo otio prorsus corrupti, pleri-  
que profecto sunt inimici & hostes dominorum,  
qui quo istorum delitias & elegantias & luxuriam  
alant, quas labores, quas vigilias tolerare? quam  
multis item adulari & seruire necesse habent? &  
quod malorum caput est, a vita naturæ humanæ  
conueniente desiscere? Cæterū ista plurimum ab  
Epicteti institutione abhorres, meritas luat poenas.  
Homo autem philosophus, etiam seruitiis ad neces-  
sarium viuum accommodatis vtetur. Hic vero exi-  
guus cil, tum ob rei familiaris angustias, tum quod

*Serui nece-  
sarii tatum  
alendi.*

*Quot serui,  
tot hostes.*

suis ipse manibus pleraque administrat, ut ei famulo sit opus aut ægrotanti, aut cum res adiutorem desiderat, aut ob rerum meliorum occupationem. sicut & admirandus hic Epictetus, cum magnam ætatis partem solus exegisset, sero tandem mulierculam nutricem asciuit puero, quem ab amico quodam suo, propter inopiam exponentem, ipse suscep- ptum educauit. Nunc singulis rebus necessariis no-

*Epictetus  
magnam &  
tatu partē  
solus exegit.*

*Duo super-  
vacanea, de  
litia & po-  
pularis opi-  
nio.*

*Diogeni vo-  
la pro scy-  
pho.*

minatis, in genere subiungit, supervacanea vbiique esse repudianda. Duo autem supervacaneorum genera constituit, delitias & popularis opinionem. Hæc enim duo sunt in omnibus iis quæ dixit, ob quæ necessarium vsum transiliamus, nec aliud quicquam. Tanto autem diuini illi viri studio supervacanea omnia repudiarunt, vt Diogenem dicant ligneum scyphum semper circumferentem in pera, e quo haustam aquam potaret, quum per flumen transiens, quendam manibus haurientem bibentemque vidisset, scyphum in flumen proiecisse: quod eo sibi nihil esset opus, vola cundem vsum præbente.

### E P I C T E T V S.

**A** Re venerea, quantum fieri potest, ante nuptiam purus esto. Sin attigeris ea legitime utendū Ne tamen iniquus sis iis, qui illa utuntur, neq; eos arguas, neq; passim iactes te ea non vti.

### S I M P L I C I V S.

*Victoria li-  
bidinum iu-  
cunda &  
utilis.*

Cum omnis corporeæ voluptatis continentia, rationis capacē animum corroborat, & facit ut experimēto fretus, coerceri posse brutam partem confidat: tum belluinas appetitiones cōtrahit, duobus modis marcescentes, tū ipso otio, tum assuetudine succumbendi. Continentia vero libidinum, quanto ea voluptas maior est cæteris, tanto est vtilior animo, ac pretiosior. Non autem rationem solum bo- na do-

na doctrina & legibus optimis eruditiri, sed brutarū etiam appetitionum vehementiam, non tam vi re-sfrenari quam sponte etiam remitti solere: ex eo constat, quod & cibi appetitus & coitus, quanquam naturalis & violentus, si recte assuefiat, sine viac-quiescit. Nam & ieiuniis assuefacti, non vexantur

ab appetitu: sed molestiis afficiuntur, cum præter ieiuniū consuetudinem comedunt, & appetentia coitus in pugilibus, quamvis & carnibus impleantur, & ob ætatem luxurient, tamen quiescit: quod continere assueverunt, ob oleagini germinis in Olympia corollam. Iam cum lex & consuetudo soro-

ris & fratriis consuetudine interdicat: appetitiones non secus ac ab ipsis naturæ imperio, suppressæ,

ita proflui sunt immobiles: nisi forte aliquos furoris intemperiaz, & dira scelerum vtrices agitant. Ante nuptias autem caste viuere, præter alias

vtilitates, etiam iustum est, vt castitatis fides quam maritus ab vxore stipulatur, etiam vxori viciissim a marito seruetur. Sin ante nuptias necesse fuerit: pa-

tendum est in eo legibz. Quod enim legi repugnat, idem est & impium. neque enim lex frustra illud

descripsisset. Est idem & magna incontinentiæ si-

gnum. Deinde assuefacit & ipsum, & imitatores eius, ad alias quoque leges contempnendas. Ceterum si talibus abstines, ne sis iis qui vtuntur mole-

stus, nece eos arguas, nec te abstinerre passim iacta-

to. Audientibus enim acerbæ sunt istæ criminatio-

nes atque opprobria. Neque enim vel præceptorum

obiurgationes æquis animis ferimus. Molestia cau-

sa est scilicet, quod errata & peccata nostra latere

putamus, donec arguamur: coequi ne peccasse qui-

dem nos putamus. Iam huius ipsius rei causa est,

quod opinionem aliorum ad nos ipsos diiudican-

dos adhibemus, & non nosmetipso, & Deum: hoc

est, veritatem. Quod sis qui arguit, non peccatum

modo retegit, sed & se peccati expertem facit, & ve-

lut in certamine suam de nobis victoriam procla-

mat: tum & per collationem vinci nos magis etiam

*Assuefactio  
& gulam,  
& inguina  
coercere  
potest.*

*Fratrum &  
sororum cō-  
tinentia.*

*Castitas,  
qua a spon-  
sa flagites,  
ad sponsam  
afferenda.*

*Incontinencia et  
reprehensio  
odiosa &  
noxia.*

egre ferimus, eo qui se ipse laudat, ægritudinem augente. Est enim ideo grauius, quod aduersarius se iudicem facit. Atque is etiam qui alium arguit, & suum exemplum profert, sibi ipse nocet, animo ad res externas extendendo, ut qui nec abstineat talibus, nec arguat alios studio virtutis, sed vi aliis arguendis gloriam ipse consequatur. Qui autem sic tractat eum quem arguit, præterquam quod obiurgationem grauiorem facit, defensionem etiam compatione faciliori reddit. In promptu enim est ut dicat, Atqui ego non sum philosophus: statimque sibi ignoscat.

## E P I C T E T V S.

**S**i quis nuntiarit, quandam tibi maledicere: ne refuta qua dicta sunt, sed responde: eum nescisse cetera tua via, nam alioquin non illa sola fuisse dicaturum.

## S I M P L I C I V S.

Hoc ad iracundiam reprimendam pertinere videtur. Nam huiusmodi nuntiis commouetur animus & ambitio, vanaque gloria coargitur, quæ & ipsæ sunt iracundiæ commotiones. Cur vero defensionem vētāt? Cur & aliorum criminum se reum fateri iubet? An non immoderata videri debet ista moderatio? aut potius, & hæc auctoris instituto est consentanea, quo a rebus externis abstrahitur animus, & ad semetipsum reuocatur, ut sibi, non aliis viuat? Qui verō se defendit, sua conscientia non contentus, & iudicio scientis omnia Dei: hunc satis appetet hominibus placere velle. Quamobrem si illis falso etiam persuaserit, se non peccare: acquiescit, quasi nihil peccans, contentus ijs hoc, quos sibi iudices delegit, persuasiſſe. Si ceteros aspernatus, incorruptus ipse sui iudex extiterit: peccatum eius ipsius testimonio conuinxitur. Iam vero sese accusare, ut & aliis peccatis constrī-

*Defensio in  
dicio est, te  
hominum  
applausus  
quayere.*

constrictum: id vero si ipsas gloriæ cupiditatis radices excidere. Venemens enim is affectus est, & ipsi inhærens animo, atque affixus, & a seipso euerti solitus. Utamur enim nos non appetere gloriam, cum eam hoc affectu appetamus: nec ani- *Ambitio fal-*  
*maduertimus turpe esse morbum animi, ob res lit imprudé-*  
*bonas velle florere gloria. Nec enim consideramus tes, & virtus*  
*eo affectu inquinari bonum, nec bonum manere tes conta-*  
*posse, aut in primis expedendum, si non per se se id, minat.*

Nam bono cuam nostro finis gloriola proponitur, ad quam consequendam necessario fortassis adhibetur si ita ceciderit, iustitia. Hic tamen ad alios affectus reprimendos est utilis. Multos enim & vehementes affectus gloriæ cupiditate superamus, & eius causa grauiissimos labores capimus, acerbis suppliciis nihil interdum leuiores. Quare etiam extrema tunica reliquorum affectuum dicitur gloriæ cupiditas, propterea quod alios sæpe exiliens, ipsa magis animo adhaerescat. Reuera autem, nec illis affectibus liberat gloriæ cupiditas: sed corum actiones, quo minus in apertum erumpant, tantum coercet. Qui enim propter eam re ipsa non scoruntur: a seculis cogitationibus tamen nunquam sunt otiosi. Ita sit, ut neque cæteros affectus reprimatur, & ipsa magis augeatur ob repressionem aliorum affectuum actionem. Videur igitur adolescenti quidem esse utilis initio, ad eius ætatis affectus coercendos. Si progressu ætatis remanserit, magna est eius penities. Neque enim ad se conuersi patitur animum externæ gloriolæ inhancem, neque bonum quicquam præcipue expeti vnuquam, sed ob consequentem gloriam: hoc est, nunquam bonum, ut bonum amplecti. Iam quid aliud risu dignum hisce moribus accedit? Nam cum *Vulgi, quod* omnino contemnamus & despiciamus vulgus ho-*spernas, ex-*  
*minum, nec vnuus esse pretii iudicemus: tamē quasi petere lau-*  
*magni viri sint, ab corum opinione tanquam a filo dem, ridicu-*  
*pendemus. Cum autem huiusmodi sit gloriæ cupi-* *lum.*

*Virtus la-  
tens, nota  
vitia.*

ditas, nihil eam æque extirpare potest, ac animi moderatio, suorumq; malorum confessio. Caudum tamen, ne id quoque vanitate quadam faciamus. Nam siquidem ex animo fiat, ne spes quidem illa gloriæ relinquitur. Quod si necessitas nobis imponi posset, ne virtutes nostræ illi mortalium innotescerent, vitia vero vniuersis: excisa iam esset gloriæ cupiditas, quam sperare desissimus, nec quicquam per ostentationem faceremus.

## E P I C T E T V S.

**T**heatra frequentare non est necesse. Sed si quando tempus tulerit, se nulli nisi tibi ipsi studere appareat: hoc est, ea duntaxat fieri velie que sunt, & cum solum vincere qui vincit. Sic enim non impeditur. Clamore autem, aut arrissione, aut longiore commotione penitus abstineto. Ac post discessum, ne multum de iis qua acciderunt disputa, cum nihil ad tu correctionem faciant. Alioqui ex eo apparebit, te spacio aculum esse admiratum.

## S I M P L I C I V S.

Non epularum tantum atque libidinum sunt brutæ cupiditates, sed & spectaculorum & recitationum. Quo pacto igitur erga hæc affecti esse debeamus, docet. Crebro, inquit, in theatra venire non est opus: sed illud potius est opus, ne crebro in ea venias. Theatrica enim eorum vita est, qui theatris vacant. Si quando autem tempus tulerit, aut ob ritum festivitatis, cui & ludorum habetur honos, aut popularis obsequii causa: (inuisi enim populo esse solent, qui consuetam vitæ rationem negligere videntur) aut experimenti periculiq; faciendi causa, quomodo superiori anno erga talia affecti fuerimus, quomodo in præsentia, aut ob aliam probabilem rationem tempestiuum fuerit prodire in theatrum: intento animo esse oportebit, & excitare animaduisionem, ut apud nos simus, nec iis quæ ibi fiunt

fiunt nos addicamus, sed eum vincere velimus qui  
vincit, & ea quæ fiunt, ita fieri ut fiunt: hoc est, ut  
nec appetitionem nec declinationem ad illa affera-  
mus, ut quæ res externæ sint. Itaque vultus ea con-  
stantia esse debet, quæ nec odiosa sit, & grauitatem  
habeat suavitatem temperatam, ut neque acclames,  
neque allurgas vitoribus, nec effuse rideas ob ridi-  
cula dicta, sed alios cum iudicio laudes, alios leni-  
ter arrendo probes. Cum autem a spectaculo dis-  
cessum fuerit, ne multa, inquit, de us quæ accide-  
runt, verba facito, cum ad emendationem tui nihil  
faciant. Neque enim ita erudiunt ea quæ ibi fiunt,  
ut aliquo numero esse debeant. Aut igitur sic acci-  
pienda verba sunt, **QVAE NON FACIVNT AD TVI  
CORRECTIONEM**: quali ad omnia ea pertineant,  
quæ de spectaculi euentu dicimus, aut si certam ali-  
quam eorum quæ dicuntur partem intelligit, for-  
tasse suader, ea solum dicenda, quæ ad nostram  
emendationem faciant. Cuiusmodi fuerint ea, quæ  
nostros motus parum decoros in spectaculo coar-  
guant. Multa vero verba de spectaculi euentis, ar-  
gumentum evidens fuerint, te spectaculum illud,  
magnificum & admirabile quiddam iudicare: id  
quod sine plebeio affectu fieri non potest.

## E P I C T E T V S.

**A**D recitationes ne veni, neque facile accede: sin  
accesseris, grauitatem & constantiam tuere: &  
id una caue, ne cui si molestus.

## S I M P L I C I V S.

Post spectacula de recitationibus dissenserit, quas  
homines eloquentæ & poeticae studiosi, ostentan-  
dæ facundiæ ergo suscipiunt, alias potentes aliquos  
laudando, alias verbis instituta narrando, aut loca  
describendo, aut forenses quæstiones tractando, aut  
simile quippiam. Negat igitur ad has, ut ostentati-  
oni comparatas, & res externas spectantes, facile ac-

cedēdum, & sine ratione accessum permittente, siue id fiat ob amicitiam declamātis, siue ob potentiam eius qui laudatur, siue obsequii alicuius & receptae consuetudinis causa, cuius lēpe magnus usus est ad eos mitigandos, qui iis inuident, qui a populari consuetudine recedere volunt. Sin autem, inquit, ad recitationem accesseris, grauitatem, constantiam & facilitatem conserua: grauitatem, ut tempes-  
tive & modice laudes: constantiam, ne perturbate-  
mouearis, neque acclames, aut quicquam impor-  
tune interloquaris, sed eodem habitu modestiam  
corporis & morum conserues. Facilitatem, ne te-  
trico sis vultu, quāsi alii curis intentus: neque  
ultra quam satis est taceas, sed modice laudes orati-  
onem: nec acerbe iudices, aut redarguas, ut aut fal-  
sam, aut inconcinnam, aut infantem. Illud autem  
plane facilitatis est & benignitatis, si & oratori re-  
cte dicenti, & ei qui vere meritoque laudatur, gra-  
tulari videaris.

## E P I C T E T V S.

**C**VM ALIQUID NEGOTII TIBI FUTURUM EST CUM ALIO, ex proceribus præsertim: ipse tibi proponito, quid in eare facturus fuisset Socrates, aut Zenon. Ita siest, ut seratio non deficiat, qua id quod obiectum fuerit, recte administres.

## S I M P L I C I V S.

Qui ad semetipso conuertuntur, & sibi viuere volunt, haud feremagnates accedere consueuerunt. Quare Socratis exemplum nobis proponit, & Zenonis: in quos intuentes, rationem visurissimus, qua illi nobis sint adeundi. Cogitandum igitur, quo pacto Socrates & Zeno cum talibus congressi essent, non feste, non simulante: sed pro suæ vitæ ratione cordatam magnitudinem animi præ se ferentes, ab omni despiciencia & arrogantia puram: non humili & abiecti ob fastigium dignitatis, neque

Quomodo  
magnates  
adeundi.

neque superbe illos contemnentes. Eiusdem moris est, nec adulari ijs, nec contumeliose illos arguere: sed & ob recte facta modice collaudare, & inde ducere exordium, sicut medici acerba medicamina ihelle saepe prælinunt, actum demum eorum quæ perperam fiunt, non acerbum infestatorem se präbere: sed correctorem solicium, & ægre letitatem, præclaras actiones pacis interdum delictis quasi contaminari. Ac mea quidem sententia Socrates, Zeno, & similes, omnino demonstrarunt, quā melita habeant, nequaquam expetenda principatus & fastigia rerū humanaarum: & vnum in iis experendum esse, beneficiandi facultatem: quam qui negligant, eos & mala illius rei experiri, & bono fraudari. Constat autem Socratis & Zenonis exemplum esse deligendum: sed suæ cīque vitæ modum esse conseruandum, eique consentanea vltro & sponte naturaz adhibenda. Cuiusmodi enim est, cum qui ita viuat, vt proficiat, & adhuc Epicteti puerili institutione indigeat, Socratis aut Zenonis vti sermonibus? Quo pacto is derisum vitabit? Nam Antigonus, qui post Alexandrum in Syria regnauit, dixisse *περιγραφίας* *Antigonus de Zenone.* fuitur: Nunquam se angi & æstuate solitum, quod sciret, nisi quando cum Zenone congrederetur. At qui multos ille alios philosophos adierat. Ab hoc loco Epictetus officia in congressibus seruanda tradit, ab iis auspicatus, quæ ad principes & potentes pertinent.

*In potestate  
nihil inesse  
quod expa-  
tas, preter  
vnam bene-  
faciendi fa-  
cilitatem.*

*περιγραφίας  
vitanda.*

### E P I C T E T V S.

**C**VM ad magnatum aliquem iturus es proponito tibi, fore ut eū domi non inuenias, ut inclusus sit, ut occcludantur tibi fores, ut ille te negligat. Quod si hoc statu venire decuerit, enferas quæ fiunt: neq; ipse unquam tecum dicas, non fuisse tanti. Id enim plebes ēst, & eius qui res externas calumnietur.

### S I M P L I C I V S.

Idem fere dicit quod supra: Rem aliquā aggref-

surus, commonefac te ipsum, & reliqua. Sed illic quidem ad lauationem oratio deducitur: hic vero maius exemplum proponitur, congressus magnatum. Illuc orationis exitus fuit, contemnenda ea esse quæ fiant, & suum institutum naturæ consenteantur tuendum: hic vero, maturo consilio prouidendum, nec oscitanter, sed proxime veritatem proponendas esse impendentes molestias. Suscepimus enim profectio ad principem, securis iis quæ dicta sunt, valde nos facti pœnitent, & ea nobis accidisse indignamur, vel quia principio non recte consului-  
mus, vel quia supra quam decet, euentis illis sumus perturbati. Vtrunq; autem plebeium est, & eorum qui rebus externis non recte vtuntur, neque ita ut eorum natura fert, sed eas magnificientium. Locutus autem prius de accessu magnatum faciliore, quo pacto cum eis agendum sit, more Socratico & Zenonio scilicet: nunc de iis qui asperius respon-  
dent, dicere instituit, quo paeto & ad eorum con-  
gressum paratus esse debeas: primum, nisi necessi-  
tas aliqua coegerit, esse prætermittendum. Si &  
necessarium & consultum esse videatur, etiam mo-  
lestiis illis propositis accedere: ferenda esse quæ ac-  
ciderint, sine pœnitentia.

## E P I C T E T V S.

**I**N familiaribus congressibus abſit facinorum, aut periculorum tuorum prolixa & immodica com-  
memoratio. Nec enim, ut tibi iucundum est tuorum cer-  
taminum meminisse: sic & alius suave est, ea que tibi  
acciderunt, audire. Abſit illud etiam, ne risum mo-  
ueas. Nam is eiusmodi locus est, e quo proclivis sit in  
plebeium morem lapsus: eamq; vim habet, ut tui ob-  
ſeruantiam facile apud familiares diminuat. Pericu-  
losum est etiam, ad orationis obscenitatem progredi.  
Cum igitur tale quippiam inciderit, aut (ſi feret op-  
porientias) obiurgabis eum, quis sermonem illum in-  
secerit:

cerit: aut taciturnitate saltem, & rubore vultuq;  
stendes, eam orationem tibi difficultusse.

## S I M P L I C I V S .

Post congressum cum magnatibus, de congressu  
plebeiorum agit: quo modo & in eo gerere te debe-  
s, vt iis quibus cum viuas, neque molestus, neque  
contemptu sis: sed potius pro virili commodes.  
Nam sua facinora aut pericula non prolixo atque  
modice commemorate, fastidium tollit. ( Mole- πειρασθεντος  
παρημολεσθεντος  
te enim ferunt homines, eos qui se laudant, quasi  
ipsi verbis iisdem accusentur, & per collationem  
robbris afficiantur) simul etiam ea res foras pro-  
minentem animum & gloriae cupidum contrahit,  
& generosum quiddam prae se fert. Cum autem  
prius dixerit, non esse cuiquam ob multa iidendū, μελαντεπιποιος  
neque risum multum esse oportere, neque effusum: parum ha-  
bent audion  
nunc aliis risum mouere vetat, causa adiecta: cum τιτανιστι  
ocum esse lubricum, vt facile ad plebeios mores  
delabaris. Nam si ea dicas, que plebeculae risum mo-  
veant, indicio est, ea grata illi esse, & apta plebeis  
nobis. Äquè e igitur, aut magis etiam cum qui  
risum mouet, idiotam iudicant; vt si prius cum re-  
seriti fuerint: satis hoc ad obseruantiam eius ex-  
euandam virium habeat. Sunt tamen & ex iis  
qui prudentes habentur, qui risum mouesar, vt fa-  
eti ac lepidi habeantur. Nam cum qui vtcunq; pro-  
cererit, ab obscenis verbis sibi temperaturum, in Obscenitas  
causanda.  
promtu est: ac ne alios quidem ferendos, si vitare  
possis, monet: sed ita, si tempus ferat: hoc est, si ado-  
lescens eo proiectus fuerit, non inuercundus neq;  
liuitiis & dignitate inflatus. Quem & increpabis,  
inquit. Neque enim vel ipsi turpiloquo, vel iis qui  
derunt, videberis arrogans. Sin natu grandior &  
insolens fuerit, & ob diuitias elatus, aut dignita-  
tem: increpare quidem graue fuerit, & præter ina-  
tem operam & odium ac tumultatem: ridicula etiā  
libertas illa videbitur. Quid tum ergo faciendum?  
ilentio, inquit, molestiam præte fert. Ac obserua,

vt modum conuenientem, adhibito discrimine, obseruarit. Nam de gladiatoriis aut Circensibus ludis, itemque de epulis & potionibus cum verba fiunt, aut cum homines laudantur, aut vituperantur, si fieri potest, inquit, alio traduc sermones eorum. Hic vero, si tempestiu[m] fuerit, etiam obiurgare iubet. Atque illic si traduci non possint sermones, taceto, inquit: hic molestiam praete ferto.

## E P I C T E T V S.

**S**i voluptatis aliquius imaginem animo conceperis, moderare tibi, ne ab ea mouearis: sed & rem examina, & tibi ipse deliberandi praebe spatiū. Deinde utriusque temporis memento, cum eius quo voluptate perfrueris, cum eius quo percepta iam voluptate dolebis, teq[ue] ipse obiurgabis, atq[ue] his illa confer: Si abstinueris, fore ut gaudeas, reque ipse collaudes. Quod si tibi suscipienda rei videbitur esse tempus, caue te vincant eius blanditia, & suauitates, & illecobra: sed illud oppone, quanto praestantior sit talis Victoria conscientia.

## S I M P L I C I V S.

**V**oluptate, quia perniciosa est, treuem Deus fecit. Voluptas corporis nocentissima est animo. Quilibet enim, qui clavis aliquibus affligit animum: eaque de causa Deus eam fecit breuem. Nam & in tibis & potionibus tamdiu voluptas durat, quamdiu in ore eas senserimus: cum vero deglutiuerimus, proflus interit, & in coitu ipso tatum actionis tempore sentitur voluptas: quae cum præterierit, perinde est ac si nulla fuisset. Ac in sensu esse voluptatem constat. Quod enim non sentit, etiam voluptate caret omnino. Sed & externarum rerum oblectationes, vt vestium, ornamentorum, pecunia, instrumenti domestici, parum & ipse durant. Harum enim a deptione exhilarati, vbi eis assueuerimus, voluptatem porro nullam sentimus. Sin eæ nobis eripiuntur, dolor vehementer succedit, voluptate multo dura-

o durabilior Ita voluptas vbi per exiguum tempus  
durauit, maximeque corporis abit, noxa sua modis  
omnibus animo relicta, interdum vero etiam cor-  
pori si sua uitas illa excesserit modum. At continen- *Continetia*  
ta voluptatum, durabile affect & corpori & animo *voluptas du-*  
*rabilitas,*  
natura coniunctum, & innoxium & perpetuum.

Nunc his ita expositis, videamus quid dicat Episte-  
rus: Cum voluptatis, inquit, alicuius imaginem  
animo conceperis, vt in aliis, veluti diuitiis, princi-  
patu, aut similibus rebus externis, ita & in hac, ac  
magis etiam, statim ipse te custodi, ne visum illud  
utque imago ad rem ipsam te impellat, sed ea qui-  
dem paulisper exspectet: tu vero spatio impetrato  
ante ipso, & animaduersione excitata, tempus con-  
siderato, tum suauitatis illud breuissimum, tum se-  
uturum noxæ diuturnum & pœnitentia plenum,  
in quo ipse te viictum accusabis. His etiam illud  
tempus confer, quo, si te continuueris, & diuturnam  
vilitatem, & synceram voluptatem peripies, teip-  
sum & laudaturus & approbaturus. Nam si eius ini-  
perium represseris: facile conquiescat appetitus,  
nam luculentæ victoriz verecundia. Quod si iterum  
utque iterum feceris: ita deprimetur, vt molestus  
esse desinat. Quamobrem si voluptas statim post  
opus desinit, ac tu nihil inter eum interest qui eam  
percepit, & cum qui non percepit, excepta cogita-  
tione suauitatis, nihil habet voluptas magni æsti-  
mandum: idque declarat eorum memoria, quibus  
in somnis fruimur, quæ obscurum habet volunta-  
ris vestigium. Sed quia interdum voluntatibus

nonnullis recte frui possumus, cuiusmodi est con- *Modus fra-*  
unctionis appetitus procreandi causa, aut balnei *ende volupta-*  
post febrem cum, inquit, occasio fuerit huiuscemo-  
di alicuius operis attingendi, vide ne te suauitas il-  
lius atque illecebriæ decipient, vt tui oblitus totum  
te voluptati tradas, sed eo tempore contentionem  
facito, quanto pulcrius sit vincere voluptatem,  
quam ab ea vinci. Tanto nimirum, quāto pulcrias

est imperare brutis affectibus quam seruire, & hominem esse quam bestiam.

## E P I C T E T V S.

**C**um facis aliquid, quod faciendum esse statuisti, nunquam recuses inter id agendum conspici: tam si fucurum est, ut vulgus de eo secus iudicet. Nam si perperā facis, rem ipsam fuge. Sin recte, quideos verius, qui non recte reprehendunt?

## S I M P L I C I V S.

Bona res  
propter seſe,  
non ob ad-  
iunctam glo-  
riam repe-  
tenda.

Vehementer in eo elaborat, vt bonum, ob id ipsum quod bonum sit, amplectamur, non autem propter popularem opinionem. Nam qui propter hanc aliquid expetit: in ea ipsa bonum collocat, nō in illo. Quamobrem si quis recte perspexit, aliquid non esse faciendum: ipsa res eo fugienda est, quia non bona. Sin aliquid bono consilio fecit: recusat non debet propter eos, qui factum id perperam reprehendunt, quo minus palam id agat. Fit egim, vt vero bono (id enim est, quod recte bonum iudicatur) non bonum, sed malum, vt est mendacium, præferatur. Talis enim est vulgi non recta de eo quod fit opinio. Præterea fit, vt quod recta ratio bonum iudicavit, malum putetur & fugiatur. Quod enim fugiendum, malum. Fit & illud vt qui a se ipso & a rebus discedit, ad vulgi opiniones deferratur, atque ibi bonum & malum quærat, itemq; verum & mendacium.

## E P I C T E T V S.

**V**T hoc pronuntiatum, Dies est: &, Nox est: magnam habet in seintione vim: in coniunctione vero prorsus nihil valet. Sic maxima qua, ex iis quae apposta sunt, arripere, ut respectu corporu, magnis est momenti: ita si communitas conuiuii spectetur, magnum habebit, nisi caueris, dedecus. Cum igitur communia es alienius: memento, eorum quae apposta sunt

nt pretium, quod ad corpus attinet, considerandum  
Se: sed & eam qua coniunctori debetur, reverentiam  
Se conservandam.

## S I M P L I C I V S .

Syllogismi hypothetici, in quibus enucleandis  
Stoici laborarūt, partim sunt disiuncti, partim con-  
iuncti, sive complexi. Disiuncti, in quibus cum est  
terum, nullo modo alterum esse potest: & cum al-  
terum non est, vtique est alterum. vt cum dico: Aut <sup>Ægina pleura</sup>  
dies est, aut nox est. Atqui nox est. Dies ergo non <sup>Στυρεψία</sup>.  
Est. Sic cum alterum statuitur, alterum vtique tol-  
latur. Alterius vero negatione, alterum affirmatur,  
vt cum dico: Atqui dies non est, Nox igitur est. At-  
qui nox non est, Dies ergo est. Ac tale quidem est  
disiunctum, in quo hæc verba, Aut dies est, aut nox  
est: axiomatis loco, hoc est, tanquam eidens & se-  
cundum communes notiones verum adhibetur.  
Aenam enim axiomata vocabant Stoici. Copulatum  
vero est, cum duobus inter se sita complexis, vt al-  
terum antecedat, alterum consequatur: affirmatio-  
ne antecedentis sequitur consequens, negatione  
vero consequentis vna tollitur antecedens. veluti  
ere hæc copulantur: Si dies est, nox non est. nam  
dies est, vere antecedit: illud sequitur. Si dies sit,  
nox non esse. In copulato igitur affirmatione  
antecedentis affirmatur consequens: Atqui dies  
est, Nox igitur non est. Negatione vero consequen-  
tis, vna tollitur etiam antecedens: Atqui non nox  
est, sed est scilicet, Dies igitur est (nam duæ ne-  
gationes, vnam constituant affirmationem) Dies  
igitur non est. Ac tale quidem est complexum, sive  
copulatum. Iam autem Epicteti verba videamus:  
Aut dies est, aut nox est, in syllogismo disiuncto, vt  
pronuntiatum certum adhibetur: in copulato non  
certum. Nam quod ibi adhibetur pronuntiatum, com-  
plexum est, Si dies est, nox non est. Sicut igitur in-  
quit, Aut dies aut nox est: in sciunctione magnam  
im habet, in coniunctione vero plane nullam (di-

uellit enim complexionem quærait, Si dies sit, nō  
etem non esse) sic etiam in conuiuio maiorem eli-  
geat partem corpori quidem vtile est & conducibili-  
le & eximium: ad seruandam autem communitatē  
in conuiuio, nihil valet. nam & hoc dirimit comp-  
munitatē, ut complexum illud. Quare cum aliis  
edens, non solum appetitum tuum in iis quæ appo-  
posita sunt, considera, ut ex iis delectum agas: sed &  
eam communitatē respice, quæ irreprehensa tu-  
enda est. Quamuis autem de conuiuio verba faciat:  
tamen ad omnem societatem vitæque consuetudi-  
nem in genere hæc esse transferenda, perspicuum  
est. Auaritia enim omnes dirimit necessitudines:  
sicuti æquabilitas, cum suum cuique tribuitur, eas-  
dem continet, auget, conseruat. Nam & latronum  
communitas, quamvis ex talibus conflata viris,  
tantisper durat, dum præceptum hoc seruatur, ne  
alii plus æquo sibi appetant. Ob hoc enim iustitia  
vestigium, etiam iniustitia illa permanet. Cum au-  
tem prius multis locis auditorem hortatus fuerit  
ad libertatem, & in aliis ad fortitudinem, ad magni-  
tudinem animi, ad prudentiam & temperantiam:  
in hoc eum ad iustitiam vocat, & eius impedimen-  
ti auaritiae fugienda auctor est.

## E P I C T E T V S.

**S**I quam personam, quæ vires tue superat, indueris:  
stum eam indecorum geres: tum eam quam sustine-  
re posses, negliges.

## S I M P L I C I V S.

**Cicero:** Non id mo-  
do spectan-  
dum, quam honesta sit  
facultas. Non ei studendum, quod per se optimum est:  
sed ei quod est ex iis quæ nobis accommodata sunt,  
dum, quam optimum. Nullus enim ea quæ extra modum sus-  
cipiuntur, fructus consequitur. Quare non temere  
res: sed illud personæ maiores induendæ sunt, ut doctoris aut  
istiæ, ut ad philosophi, aut in naue gubernatoris, aut in urbe  
sit efficiendi magistratus. Præstat enim personam inferiorē cum  
laude

laude sustinere, vt non par modo sis, sed etiam ea superior: quam indecor gerere superiorem, nec illius dignitati respondere. Honestius est optimum esse pædagogum, quam doctorem imperfectum: & bonum patrem familias, quam improbum magistratum. Nam maiorem personam indecor gerere (hoc autem indecorum non ad opinionem, sed ad ipsius rei naturam referatur) illud etiam habet mali, quod eam perdimus, quam nostris rebus aptam belle sustinere possemus. Melior enim histrio & in Comedia est, & in Tragœdia, qui seruum bene representat, quam si qui domini aut regis personam male agit. Et hoc ego caput ad iustitiā referto, quod quemque personam se dignam iubet eligere, & non aspirare ad altiora.

## E P I C T E T V S.

**Q**uemadmodum in ambulando caues, ne clavum calces, pedemue distorqueas: sic in degenda vita caue, ne gubernatricem actionum, mentem tuam, lades. Quod si in re unaquaque obseruabimus, omnia cautiui aggrediemur.

## S I M P L I C I V S.

Bifariam humanus animus læditur. Aut cum brutis affectibus affixus, per eosdem corpori agglutinatur, reclamans ille quidem non nihil, atque ægre ferens, sed superatus ab affectibus, qui corroborati tyrannidem in eum exercent: aut cum suopte iudicio corrupto, seipsum non discernit vt diuersum a brutis affectibus. Monet igitur pædagogus horum vtrunq; in degenda vita caudendum esse, quam similem ambulationi facit, ne quis brutis affectibus succumbat: qui cum sint corporei, clauorum instar agglutinatum sibi animum corpori affigunt. Quis vero clavis sic affigit, vt bruti illi affectus? qui efficiunt, vt putet animus, & seipsum & illos & corpus esse vnum? Peruersitatē autem opinionis, & eius par-

*Peccata vel ex corrupto iudicio, vel a prævia affectibus oriuntur.*

tis animi quæ quasi pedestris cum corpore aliquid,  
& cum bruta vita commune habet, distortioni pedis apte comparat, & hortatur, vt quemadmodum  
in ambulando corpori cauemus: sic in vitæ negotiorum tractatione cauendum esse, animo capaci rationis, qui naturæ instituto principatum humanae vitæ obtinet, qua hoc animal a ceteris distinguitur, ne vel affectibus inflammetur ob auiditatem, vel iudicium atque opinatio eius perueratur ex socordia. Nam si qualibet in re nos ipsos obseruauerimus, vt ii qui ambulant: tutius quamque rem suscipiemus. Nam in ea animaduersione, et si modicus aliquis lapsus contigerit: eum tamē facile corrigemus. Etsi enim paulum connuentes clavum calcauerimus, aut inconcinne pedem promouerimus: propter obseruationem & a clavo pedem facile auellimus non affixum, & gressum pedis leui opera aliter dirigimus.

## E P I C T E T V S.

**M**odus pecunia corpus est vnicuique, ut calceipes. Si igitur in eo institeris, modū seruabis: sin præterieris, iam veluti per præcepse ferri necesse erit. Ut & in calceo, si ultra pedem progressus fueris, sit auratus calceus, deinde purpureus, deinde interpunctus. Eius enim, quod semel transferit modum, nullus est terminus.

## S I M P L I C I V S.

In rebus corporis, vt vestibus, victu, possessionibus, pecuniis, duo hæc sunt: eorum acquisitio, & vsus. Prius igitur de vsu locutus, catenus iis vtendum esse, quatenus ad nudam corporis curationem faciant, omne superuacuum quod ad gloriam aut delicias pertineat, remouendo: nunc de acquisitione eorum docet, & huius quoq; modum dicit esse corpus. Nam & acquisitionis modus est vsus (eo enim acquirimus, vt utramur) & ipsius vsus modus est corpus, cuiusque necessitates. Perspicuum igitur, etiam

etiam acquisitionis modum esse corpus, ciusque necessitates. Quare si quis ad eas necessitates resperxit, pellibus simplicib. erit contentus: quatum superiores soueant pedem & munitant, soleas vero id præstent ne pede nudo calcentur noxia. Sin quis id quod pes exigit excesserit, & ad ornatum delicias deflexerit, auratus fit calceus, inquit: deinde purpureus, post interpunktus. Tanta autem fuisse videtur apud Romanos in conficiendis ealceis purpureis & interpunktis curiositas, vt auratis etiam præferrentur. Eadem est & rei familiaris ratio ac rerum corpori necessariarum. Si quis enim mensuram necessitatis transierit, eiusq; terminum: iam sine termino vagabitur, alia aliis adiiciendo, donec ad extrema delicias & vanitatem præceps feratur. Per hoc enim sit quoddam quasi diuortium a regula: & quæ id sequitur, inexplebilis egestas, & eius comes afflictatio. Nam si decē parauimus, volumus habere *Lucanus*: viginti: si hæc, quadraginta, & sic deinceps, nec ullus *Semper* in finis est prolabendi in vastum illud atque immensum, *ops, quicunquam pelagus insatiabilis cupiditatis.* Constat enim, *quo cupit.* in singulis iis, quæ ad usum corporis adhibentur, possessionem quæ limites excedit, recidere in infinitum, ut iam & scopi & usus obliuiscatur ad quem pertinet, qui corporis est curatio. Quate saxe ipsum corpus amitterimus, dum ista sine modo cumulamus. Quid vero si calcei exemplum eo adhibuit, quod is, nisi magnitudini pedis responderit, quamvis ornatu modum non excesserit, saxe nos allidet, prosternet, denique in præcipitum aget? Ex iis porto quæ de usu dicta sunt, ea quoque distinguenda sunt quæ ad acquisitionem pertinent. Docent autem & hæc capita conuenientem modum in acquirendis & vendendis rebus externis, nosque ad iustitiam deducunt.

*Horatius:*  
*Crescit ar-  
morum  
mi, quantū  
ipsa pecunia  
crescit.*

## E P I C T E T V S .

**M**ulieres statim ab anno decimo quarto a viris  
domina vocantur. Preinde cum vident, se nihil

aliud habere muneris, nisi ut cum viris concubantur: comere se incipiunt, atq; in ornatu spem collocant o-  
mnem. Quare opera pretium est, dare operam ut  
sentiant, sibi non ob aliud honorem haberi, nisi quod  
& modestas se prabeant, & verecundas ac tempe-  
rantes.

## S I M P L I C I V S.

*Ipsi mariti corrumpunt uxores.*

Etiam matrimonio iis qui vitam naturę consen-  
taneam sequuntur concessio, qua ratione his curan-  
dæ sint vxores, paucis ostendit: cum eaque id con-  
fert, quod vulgus hominum facere solet, corumque  
delicta corrigit, & ad normam hanc reuocat. Pleriq;  
mortales, inquit, vxoribus a prima ætate adulan-  
tur, & honorem habent, easque dominas vocant,  
solius concubitus causa. Quare non immerito illæ  
ad hoc sese parantes, comuntur, & in ornatu spem  
suam omnem collocant. Nec tam illæ reprehendendæ sunt quam mariti, qui eas propterea colunt.  
Quare ab initio statim sic informandæ consuefa-  
ciendæque sunt, vt intelligant, se non alia vlla de  
causa a nobis honoratum iri, nisi quod sint ornatis  
modestisque moribus, & marito verecunde pareant  
& obsequudent. Quibus dotibus si qua mulier  
prædicta fuerit, iam & ad tuendam rem familiarem,  
& ad educationem liberum, & ad mariti curatio-  
nem, & ad vitæ frugalitatem facile assuebit: quæ  
officia honestas matronas decent.

## E P I C T E T V S.

**T**ardi ingenii signum est, in rebus corporis immo-  
rari: velut, exerceri diu, edere diu, potare diu, ea-  
care diu, coire diu. Nam hac quidem facienda sunt obi-  
ter: cura autem omnis ad animum est transferenda.

## S I M P L I C I V S.

Quemadmodum ingeniosi homines in summis,  
perfektis & exquisitis naturæ suæ rebus elaborant  
& immo-

& immorantur: ita stupidi & hebetes in imperfatis, extremis, generalibus, & vulgo tritis versantur. Itaque si homo, cuius ab animo rationis compote natura penderet, qui corpore ut instrumento vtitur, omisssis naturalibus animi actionibus corpori immoretur: hebetis id ingenii signum est, vt & huius rei causa est obtusior acies animi. Quis enim artifex alicuius pretii, in curandis instrumentis terit tempus, arte quæ his vsura est neglecta? Neque vero obtusi tantum ingenii signum est, occupari circa corpus: sed immodici etiam eius amoris. Quibus enim gaudemus atque afficimur, iis immoratur. Est igitur, inquit, occupatio corporis, accessio quædam iudicanda: præcipua vero cura ei impendenda, quod corpore vtitur. Hæc enim iusta est nostri aduersus illud officii distributio.

## E P I C T E T V S.

**C**V M tibi quispiam vel malafecerit, vel male-dixerit: memento eum opinatum esse, id ex offi-cio sibi fuisse faciendum & dicendum. Neq; vero fieri potest, ut id sequatur ille quod tibi videtur, sed id quod sibi. Qui si male iudicat, damnum ipse facit qui decipitur. Nam verum connexum si quis men-dacium iudicet: non ipsum connexum ladetur, sed ille qui deceptus fuerit. Sic igitur instructus, a quo fares animo conuiciatorem. Nam ad singula dices, ita vi-sum esse illi.

## S I M P L I C I V S.

Et hoc præceptum ad patientiam & mansuetu-dinem adhortatur, dupli argumento: uno, quem-  
plices ho-mines for-uis suam opinionem & iudicium sequi. Non igitur tassis, & no-  
næ gre ferendum, id cum sequi, quod ipsi rectum vi-plane mali,  
deatur. Nam & tu & omnes homines idem faciunt. faciunt istud.  
Quis ergo sanus naturæ communi succenscat? Si Sed homi-verò quia id quod neque honestum neque rectum nes callidi,  
est, recte se habere putauit, eo succenses: ea quoque & tyrannici,

*contra iudi-* indignatio absurdum est, nam ille, non tu, *damnum*  
*cium & cō-* facit. Qui enim honestum putat quod est in honore  
*scientiā suā* stum, deceptus est. Deceptor vero *damnum* facit.  
*in facin⁹ &* Qui ergo tibi male dicit aut facit, ipse est cui noce-  
*scelus ruūt.* quamvis neque tu neque potentissimus quis-  
*Sed interim* quam ei nocere posset. Externa enim incommoda  
*patitur &* quae habentur, corpori aut rebus externis incom-  
*perit aliquā* modant. quare nec ipsi propriæ incommodant. Opido  
*iustus, si* nionis autem error, animi deceptio, in quo natura  
*non sit Stoī-* eius sita est, hæc est quæ ei noceat. Ei vero *damnum*  
*cus adaman* esse datum qui deceptus sit, & non ei de quo sit de-  
*tinuus.* ceptus: evidenter exemplo connexi demonstrat: ve-  
*luti* Si dies est, sol supra terram versatur. hoc si quis  
*falsum* putet, non ipsum connexum *damnum* facit,  
*cui sua constat veritas:* sed is qui falsum de eo sen-  
*tit.* Sie etiam qui secus ac decet, tibi conuiciatur  
*aut malefacit, ipse est cui noceatur.* Tibi vero ne  
*nocitum quidem est, neq; mali quicquam datum,*  
*præsertim si in rebus quarum potestas in nobis sita*  
*est, vis & natura boni atque mali collocata est.* Qua-  
*re cogitans necesse esse, quenque id sequi quod ipsi*  
*videatur, & ipsum esse qui faciat *damnum*, non te:*  
*lenem te & magnanimum præbebis aduersus con-*  
*uiciatorem, si te assueferis ut in quolibet horum*  
*adiicias.* Ita ei visum esse: ac id eum necessario se-  
*qui, quod ipsi videatur.*

## E P I C T E T V S.

**V**Naqueque res duas habet ansas: unam tolera-  
**bilem, alteram intolerabilem.** Si frater iniuri-  
*am fecerit, non ea prehende, qua facit iniuriam:* ea  
*enim eius ansa non est tolerabilis.* Sed illa postius, esse  
*fratrem, esse una educatum.* Sic prehendes eum, qua  
*est tolerabilis.*

## S I M P L I C I V S.

*Pugna &* Omnes res quæ sub ortum cadunt, quia constant  
*concordia* rerum inter contrariis, aliqua ex parte inter se se contentiunt  
*sese.* &c conue-

& conueniunt, ac tolerabiles sunt, aliqua ex parte dissentient, & sunt intolerabiles. Velut, ignis qui est siccus & calidus, ratione caloris cum aere consentit, estque ei tolerabilis: quatenus vero siccus, eidem opponitur & repugnat. sic etiam frater, si læserit iniuria. Et hic duas habet ansas, alteram tolerabilem, qua est frater: alteram intolerabilem, qua est iniurius. Notum autem est, nos ea quæ tolerabilia sunt, leniter, facile, placideque ferre: intolerabilia vero auersari, grauiterque & iniquis animis pati. Quamobrem si semper bono & mansueto esse animo, si acquiescere volumus ( quando res omnes duas illas habent ansas, tolerabilem unam, alteram intolerabilem ) ea prehendemus eas, qua sunt tolerabiles. Nam omnia plane sunt talia, diuitiae, paupertas, sanitas, morbus, coniugium, vita celebs, liberi, orbitas: cætera denique vniuersa quæ in vita versantur. Nam diuitiarū tolerabilis est abundantia, intolerabilis vero occupatio & sollicitudo.

Paupertatis tolerabilis est tranquillitas & otium, sed intolerabilis egestas. Sanitatis tolerabilis est vacuitas doloris, & expeditus membrorum usus: intolerabilis contumacia & confidentia. Morbi tolerabilis est moderatio animorum, sed intolerabilis ærsumna. In coniugio tolerabilis est procreatio liberum, & obseruantia: intolerabilia vero multarū rerum indigentia, & rationis exp̄rs dilectio. Orbitas expedita est, vacare sinit rebus pulchrioribus, nec de copiis post obitum relinquendis curare cogit: & quod meo iudicio maximum est, non necesse habet liberos interdum malos amare. Tum enim fit, ut improbitas ametur. Iam contumelia & conuicium tolerabilia ista habent, interdum quidem, quod ea de rebus nostris cognoscimus quæ prius ignorabamus: semper vero, quod nostra patientia prouocatur. Et quam maxime fugimus, afflictio corporis, Dolor corporeus. tolerabilem habet animi exercitationem & purgationem. In quibus omnibus magnum inest bonum, ut fortiter tolerentur. Nam in ea incidisse, ani-

*Dinitia.**Paupertas.**Sanitas.**Morbus.**Coniugium.**Orbitas.**Connicium.**Dolor corporis.*

\* Verū hoc miq; constantiam retinuisse, præclarus est \* quam-  
optabilius. non incidisse. Nam in ea non incidere, corporis &  
EA enim vir terum externarum: sed ea pulcre tulisse, animi bot-  
tus est PA- num est. Quin & inimici duas habent ansas, & fru-  
TIENTIA, etum ex eis capere licet, in affectus & perturbationes  
cuius laude nostras acrius inquirentibus, atque efficientibus ut  
qui carent, simus cautores. Qua de re Plutarchus Charoneus  
beatiores integrum volumen scripsit.

mibi quidē  
certeviden-  
tur, quāqui  
fruuntur  
Inimici.

## E P I C T E T V S.

**O**Rationes ha non cobarent: Ego sum te locupleti-  
or, ergo sum te melior: Ego sum te eloquentior,  
ergo sum te melior. At illa magu cobarent: ego sum  
te dition, mea ergo pecunia tua praefat. Ego sum te elo-  
quentior, mea ergo dictio tua praefat. Tu vero nec pe-  
cunia es, nec dictio.

## S I M P L I C I V S.

**Philosophus** Homines studiosi plerique facienda & polienda  
non elegunt orationi, librisque conscribendis student, vt iis di-  
tia faciat, sed gnemo est: nisi forte aliquis a puerō in liberalibus  
bonis, us- artibus accurate institutus, eam dicendi facultatem,  
ta. quasi naturalem, & non studio quæstam sibi com-  
parat. Quod vt contingat, id hominem philosophum laudi sibi ducere non vult: vt qui hunc finem  
sibi propositum nō habeat, nec inde pendeat. Nam  
dictio quidem elegans si fuerit, suum habet bo-  
num: & is cui proposita est dictio elegantia poe-  
ta est, aut historicus. Is vero eius virtus sita est in  
vita rationi consentanea, quāq; finem illi conueni-  
entem propositum habet: quamvis alio disertior,  
eo se tamen esse meliorem, nullo iure dicet. Neque  
enim ipse dictio est, neque finis eius est dictio, vt ex  
ea formam suam consequatur, sicut ex arte sua qui-  
uis artifex. Sed dicendum: Mea dictio est elegantior  
quam tua. Et si autem id p̄cipue spectat, vt homi-  
nem studiosum ab admiratione dictiois & stylis  
renocet: tamen increpationis moderandæ causa,  
locupletioris ytitur exemplo.

## E P I C T E T V S .

**L**auat quispiā cito? ne dicas lauisse male, sed cito.  
Bibit quiſpiam multū vini? ne dicas bibisse ma-  
le, sed mulcum. Priusquam enim id decretum adiudi-  
caris: unde scū, an male? Sic & tu tibi veniet, ut alia  
vixi certo comprehensa teneas, aliis assentiaris.

## S I M P L I C I V S .

Judicio nos de rebus solidiore esse vult, vt neque  
vituperemus, neque laudemus facta cuiusquam ni-  
si scopo eius cognito, ad quem illa referuntur. Ex eo  
enim iudicium est ferendum, quod & qui verberat  
prodest, & qui alit nocet: & qui suratur, interdum  
recte facit: & qui præberet, iniuste. Sunt igitur,  
inquit, facta ipsa per se iudicanda, & si quis cito lauat,  
dicendum, cito eum lauare: nec tamen adiicienda  
qualitas, quasi recte aut secus faciat, donec eius con-  
silium cognoverimus. Quid enim, si ob morbum,  
aut lucubrationes, curatione lauationis eguit? Cō-  
silium autem & finis in causa est, vt recte fecusue sit  
factum. Et hic exspectandus est, priusquam celeris  
lauatio, bona malaue dicatur. Nam & multum vini  
bibere licet, ob corporis temperiem, & qualitatem  
aeris, vt ante caniculam, & sub caniculam: & ob lo-  
cum pestilentem. Nisi autem ita fecerimus, vt ipsa  
facta, vti sunt, iudicemus: & dicamus celere ali-  
quid, aut multum: qualitatem vero non adiiciam⁹,  
ante consilium cognitum: fit, vt alia intelligamus  
( hoc enim significat φαντασίας κατεύποντος λόγου ) & comprehendamus id quod apparet, eu-  
iusmodi est celere & multum, & aliis assentiamur:  
hoc est, iudicium iis nostrum interponamus, id φ  
visum est laudando aut vituperando. Absurdum  
autem est, cum aliud viteris, de alio ferre iudicium.  
Ac vult ille, nisi fallor, ne temere laudemus aut vi-  
tuperemus: ac potius, vt iniuste vituperare recuse-  
mus: coq; de hoc loquitur. Pertinet autem & hoc  
ad iustitiam.

Facta ipsa  
per se, &  
ex fine iudi-  
canda.

## EPIC TETVS.

**N**Vsqquam te philosophum profitearis, nec apud imperitos multum disputes de preceptis: velut in conuinio, ne dic quo pacto sit edendum, sed ede ut decet: ac memento, etiam Socratem sic undecunq; sustulisse ostentationem. Conueniebat ab iis qui se ab eo commendari vellent philosophis, atq; ipse abducebat eos, adeo leniter ferebat neglectum sui. Itaq; si apud imperitos de precepto aliquo sermo incidet, maxima ex parte taceto. Magni enim periculi est, statim enomera quod non concixeris. Quod si quis dixerit, te nihil scire, tuque commotus non fueris: tum scito, rem esse incoatam. Nam & oues non faenum afferrunt opilionibus, ac demonstrant, quantum comedent: sed pastu intra se concocto, extra ferunt lanam & lac. Et tu igitur ne verba celeriter ostendas imperitis: sed opera, qua verborum concoctionem sequuntur.

## SIMPLICIVS.

**Gloriolas cu-**  
**piditas re-**  
**frenanda.**

Cum eo qui adhuc proficit loquens ( neq; enim cum perfecto philosopho, qui his admonitionibus non eget: cui non diceret, periculum esse ne statim euomeret, quod non concoxisset ) quod iis qui adhuc proficiunt, gloriæ cupiditas & ostentatio molestia est, eos affectus multis argumentis repurgare

**Incoata res,** studet, vt & hoc ipso. Quemadmodū falsum est, z̄s nondum per quod cōfletetur adhuc, statuam dicere: & factum in utero conceptum, hominem: sic eum etiam qui

adhuc proficit, dicere philosophū, est falsum. Quod si quis cōsidereret, quanta res sit vita veri philosophi, & quantum is cæteris mortalibus antecellat: non modo fallo id, sed & impie dici videatur. Qui se

**Exercitatio** ro philosophum esse negat: num is, nec in ordine philosophie philosophi sese collocans, cuius docere munus est, non tam in docere instituet? At quo pacto, inquires, si is exercitatio quambit, qui proficit? si eū cum idiotis loqui vetat, apud in factu cer quos non exercitationis, sed ostentationis ergo veritas fuit?

ba fiunt? Quomodo ergo se illis accommodabit? Si te ipsa ea præstiterit, quæ verbis docet, nec inania verba efflarit. Finis enim est, non oratio, sed actio eorum quæ dicuntur. Cum igitur in conuiuio fueritis, noli dicere quomodo sit edendum, sed ede uti decet. Sic enim, si docendi se dederit occasio, vires & neruos tua habebit oratio. Cuiusmodi enim est docere, quomodo sit edendum? aut quomodo serendæ sint res aduersæ, si legibus te latet ipse non sibi.

parueris? Non solum autem, inquit, ipse cauetu ne tales sermones ordiari: sed & si qui alii indocti de his disseruerint, ne velis inter ineruditos haberi doct. Periculum enim erit, ne ea euomas, quæ non concoxeris. Ut enim cibi concocti habitudinem corporis alunt: sic & concocti sermones, animi habitum nutriunt: e quo postea, ut et stabili radice, frugiferi sermones efflorescunt. Si quis vero habitu nondum confirmato, sermones quos audiuist, prætulerit: reuera periculum est, ne euomate ea quæ nondum concoxerit. Est enim vomitni ciborum simile, ea verba proferre, quæ audieris: sed non ex animo protuleris, ea doctrina confirmato. Quia vero foras prominens animi bonis exemplis iuuatur:

Socratem producit, quamuis perfectum philoso- *Sophista* *so-*  
phum, adeo ut ab Apolline omnium sapientissimus *cratis pre-*  
*pronuntiaretur, qui ostentationem a vita sua usque Lat.*

adeo remouit, ut cum a recordib. quibusdam contemneretur, qui ab eo se aliis præceptoribus commendari volchant, eos abduceret, ac sophistis commendaret: sicut Hippocratè Apollodori F. rogatus Protagoræ commendauit: & in Thæteto idem dicit, se multos iam Prodigio tradidisse, multos alios sapientibus & diuinis virtutis. Neq; vero in eo solum, *Sui contem-*  
*tum equo*  
inquit, ostentationem remouebis, ne apud imperitos præcepta recites, illisue loquentibus taceas: sed *animo fer-*  
*re, præclarū*  
etiam, si quis te nihil scire dixerit, ne moidearis. *est & rarū.*  
Hoc enim certius argumentum est externæ gloriae contentionis, quam si præcepta non recitaris. Nam ex hoc nondum constat, te indoctum videti alius.

*Cicer:*  
*Omnis laus*  
*virtutis in*  
*actione con-*  
*sistit.*

*Qui cruda*  
*renomunt,*  
*non nutrit-*  
*untur.*

Sin quamvis id audieris ,non moleste tuleris, ante moleste ferre solitus: tum vero eam te remi auspiciatum esse scito , ob quam multi illi sermones habitu fuerunt: & ipsum philosophiae studium suscepit, ut præstes ea, quæ natura postulat, non dicas & audihas. Nam si his auditis non mordebere: non verba iam erunt, sed res: quippe popularis famæ atq; infamiz contemtus. Quod si quando magistro quantum profeceris requirenti ostendendum fuerit: facta illi ostendes , a concoctis orationibus & habitu confirmato profecta , non autem verba. Neque enim oues gramen reuouentes pastori ostendunt, quantum comederint : sed pascuis concoctis lanam ferunt, & lac.

## E P I C T E T V S .

*Vt in bru-*  
*ma faciebat*  
*Diogenes.*

*S*i corpus frugaliter curare didicisti, ne ob id tibi placeas: nec si aquam potas, ad quamvis occasione te potare aquam dictita. Quod si quando ad laborem te vis exercere, in tuum, non in exterorum usum , ne statuere amplectere : sed si quando vehementer sitieris, frigidam haustam exspuio, ac nemini dicito.

## S I M P L I C I V S .

*Gloriola va-*  
*riuationi-*  
*bus ambi-*  
*tur.*  
*Mendici ne-*  
*cessario fru-*  
*gi & tole-*  
*vantes sunt.*  
*Vt una atq;*  
*alia virtute*  
*fis præditus:*  
*plures tamē*  
*tibi defunt.*

Multæ sunt causæ, cur ab hominibus laudari nos cupiamus. Nam alii facinorib. suis commemorandis gloriam venantur, alii ob eloquentiam , alii vt doctores officiorū, alii propter frugalitatem & tolerantiam celebrari volunt. Prioribus igitur illis medicina iam adhibita , cum his nunc sermonē habet, monens, ne & ipsi frugalitate sua gloriētur, & exercitatione. Communis est n. hæc oratio, ne quis in solefaciat, neve magnum quiddam se consecutum arbitretur : sed cogitet primum, quanto sint mendicis nobis frugaliores, quantoq; tolerantiores? Et vt hoc habemus, quibus alii sint prædicti? Præterea ob prærogatiuam aliquam superbire, ob hoc ipsum nocere, quod id quod iam magnum putas , non repurges, nec

nec alia desideres, illo contentus. Atque etiam caue, *τὸν τοῦτον οὐκέτι*  
 inquit, per ostentationem illa facias: vt si aquam *περιγράψῃς*  
 bibas, quo quis modo in colloquio sermonem ede-*ισχυρῷ.*  
 ducas, vt per occasionem te dicas aquam bibere, &  
 cum te ad laborem, ad continentiam, ad tolerantiam  
 exerces, solus id facito: nec spectari velis ab aliis,  
 aut conspicere multis, vt ii quibus multi potentiores  
 vim faciunt, qui, vt opem populi imploreant,  
 statuis consensim quiritantur, & multitudinem circa  
 se congregant. Non igitur per ostentationem, sed  
 solus exercere: vt vehementer sitiens, frigidam hau-  
 stim expuas, ac ne post quidem cuiquam dicas quid  
 feceris. Nam qui ostentationis ergo ista facit: pri-  
 mum totus foras prominet, & a seipso ad externa  
 est effusus. Deinde bona frugilitatis & tolerantiae  
 perdit, ad opinionem popularem illas referendo.  
 Exortationes vero istae & tolerantiae prosunt, quod  
 consuefacti corpus & brutas eius affectiones, ne  
 contra rationem insurgant, sed & dutiora imperan-  
 ti pareant. Itaque, tempore postulante vir tolerans,  
 ob laborum assuetudinem, non cogitur amittere  
 libertatem.

## E P I C T E T V S.

Plebeii status & nota est, nunquam a se ipso vel  
 damnum expectare, vel utilitatem: sed a rebus  
 externis. Philosophi status & expressa imago est, omni  
 utilitatem & damnum a semetipso expectare. Signa  
 proficiuntur sunt, neminem reprehendere, neminem lau-  
 dare, neminem culpare, neminem accusare: nihil de  
 seipso pradicare, quasi aliquid sit, aut aliquis sciat.  
 Cum in aliquare impeditus fueris, aut prohibitus, se-  
 ipsum accusas. Si ab aliquo laudatur, secū ipse deridet  
 laudatorem. Si reprehenditur, non defendit se, sed riu-  
 infirmorum circuit, metuentes ne statum illum conuol-  
 lat, priusquam iis confirmetur. Omne desiderium a se  
 dependens habet: auersationē ad ea sola, quanatura  
 eorum repugnant, qua nobis parent, transfluit: ap-  
 petitione ad omnia remissa utitur: sive solidus, sive

*indoctus habeatur, non curat. Denique, ut inimicum  
& insidiatorem seipsum obseruat.*

## S I M P L I C I V S.

Posteaquam tandem ad finem admonitionum peruenit, conclusionem additur, non esse in iis quæ dicta sunt, resistendum, sed vita & moribus doctrinam exprimendam: neque ipsum dicere atq; audire, finem statuendum, sed actionem & opus: primum nobis tres habitus tradit, quibus omnes homines comprehenduntur, quorum alii sunt indocti, alii his oppositi philosophi: alii, qui & ab indoctis recedunt, & ad philosophos accedunt, quos Proficientes sive Tyriones vocat, & quibus superiora etiam dicta fuerunt. Sed hos in his sermonibus divisit in eos, qui incipiunt erudiri, & in eos qui iam non nihil protegerunt. Vnumquemq; igitur horum trium habituum describit, cum dicit: Indocti statum & notam esse, nunquam bonum aut malum a semetipso exspectare: sed ab aliis. Nam cum in nostra potestate sit ratio, a qua natura nostra pendet, & brutæ affectiones, quibus brutis animantibus societate coniungimur: ratio quidem, vt prouerbio dicitur, communis omnibus est Mercurius. Etsi enim numero differunt rationes quæ in nobis sunt: ac sic species sunt vnum quiddam, vt & ad eadem bona contendant, eademque mala declinet, eademq; vera ducat omnes homines ratione duce, ac vicissim falsa omnia. Itaque in quolibet homine ratio instrumentum est & regula diiudicandi boni & mali, veri & falsi: formarumq; incorporearum &

\**Bruti affectus & motus* indivisibilium: & semper eodem modo consimili-  
tus & mo- terque sese habentium sunt appetentes rationes,  
tus a ratio- veluti modestiæ, iustitiae, sapientiæ, quarum tota-  
no auersi, ni rum qualibet est particeps, illa non imminuta par-  
bil habent ticipatione. Quæ quod recta ratione iudicantur, nō  
consensio- pugnant, sed in omnibus consentiunt, cum sint ex-  
nihil certū, dem. \* Bruti autem affectus, velut ira, cupiditas,  
nihil com- corumque species: quanquam specie iidem & in me-  
municabile.

*Indotti si-  
gna.*

ε λόγος εργα-  
τὸς απονο-  
ιμητῆς.

sunt, & in te : at meus animus alia desiderat, alia tu-  
us. Sunt & cupiditates diuersæ, earumque obiecta;  
diuersæ quoque declinationes, & propriæ cuiusque.  
Et ut eadem numeri apperant : sunt rāmen illa cor-  
pora, & singularia, & diuisibilia, & vnius participa-  
tione possunt minui : veluti pecuniæ corpora, aut  
prædia. Et ut honorem dicas, aut magistratum, eo  
quod & hæc singularia sunt : non potest quisquam  
omnino cuiusquam totius esse particeps. minuantur enim participatione. Quare diuersa de his iudi-  
cia sunt, & cuiusque peculiaria : pugnæ item, seditiones & bella. Indoctus igitur est, qui relicta com-  
muni regula & bono communī, ipse sibi peculiare  
iudicium, & bonum proprium atque individuum  
& corporeum circumscriptis : quod genus in rebus  
externis est. Vbi autem appetitio & declinatio ver-  
satur, siue contra, siue secundum naturam : ibi bo-  
num esse constat, & malum. Bonum enim habetur  
quod appetitur, malum vero quod fugitur. Philo-  
sophus autem relicts externarum rerum & con-  
cretarum cupiditatibus, easque prorsus alienas iu-  
dicans, ut iam a simulacris repurgatus, & ab umbra  
terum ad semetipsum, & ad id quod vere est con-  
uersus, communes rationis formas, quæ in ipso  
insunt, amplectitur, & bonum in se deprehendit.  
Malum enim in eo locum non habet. Sic igitur iis  
quæ ex diametro pugnant, diffinitis : deinceps ea  
subiungit, quæ sunt eius qui proficit, ad quæ omnis  
disputatio superior pertinebat. Neque enim ad phi-  
losophum (eius enim ea dignitas est, ut iam non signa.  
instituatur & erudiatur: sed ipse instituat atq; erudi-  
at. Ac ne philosophi quidem propriū est vituperare  
neminem, laudare neminem : sed id pro tempore  
magistrum & correctorem decet) Neque eriam in-  
eruditio conueniunt iis sermones, nisi relicta inscitia  
se instituendum philosophia tradiderit, & princi-  
pium perfectius aduaserit. Compendio nō igitur  
Iupræ dictorum commones faciuntea, quæ nunc di-  
cuntur, iisdemque pleraque verbis, ut illa nobis in

*Hoc* & *is ipse* memoriam reuocata, ob breuitatem nunquam extibi, propria cidant. *Esse autem cuiq; scipsem vt hostē obseruantur, propterea dictū est, vt suspectum habeat suum non dum confirmatum habitum, & vt in mot⁹ suos acerbius inquirere studeat: sicut in inimicorum delista inquisimus, nihil illis ex amore concedentes: id quod pleriq; erga nos ipsos facere solemus, & erga amicos, in quibus castigandis & arguendis remissiores & leniores sumus.*

## E P I C T E T V S.

*S*i quis intelligentia & explicandi facultate librorum Chrysippi gloriatur, ipse tibi dic: Nisi obscurus scripsisset Chrysippus, nihil haberet ille quo gloriaretur. Ego vero quid cognoscere studeo? Naturam, & hanc sequi. Quaro igitur, quis sit eius interpres? Cum audiero. Chrysippum esse: eum conuenio. At scripta non intelligo. Quaro igitur enarratorem. Ac hattenuus quidem nihil praeclarus. Cum autem enarratorem inuenero, reliquum est uti praeceptis: id quod solum praeclarum est. Sin ipsam enarrationem admiratus fuero: quid alius nisi Grammaticus philosophi loco euasus? eunduntaxat excepto, quod pro Homero Chrysippū enarrō. Magis igitur, cum quis a me petierit pralegi sibi Chrysippum, erubesco: cum facta nequeo similia verbis & consentanea prastare.

## S I M P L I C I V S.

Tribus habitibus qui existere in homine solent, distinctis, indocti, philosophi, & proficientis: & iis quæ proficieni dicta fuere, cōpendio repetitis: iam conclusionem addit, & hoc & iis quæ sequuntur capitibus: actiones eas, quæ verbis expeditæ sint, esse suscipendas. Finis enim orationis est actio, eius etiam causa usurpatā fuit oratio. In his enim verissima est summi oratoris sententia: Omnem orationem, si facta desint, vanum atque inane aliiquid videri. Est igitur, + quid, denuo considerandum, quid

*Demosthe-nis: Verba sine factis inanis.*

quidnam velit homo, suum bonum quærens? Vult autem suum bonum inuenire, & quærit quæ sua natura sit, & quid sibi sit facieundum aut patiendum? Cuiusmodi est: qui vitam rationis capacem agit, corpore vtitur vt in instrumento, ac debet eius virtus perfectioni suam appetitionem & declinationem accommodare. Cum igitur hoc quæro, Chrysippus de his scriptis audio. Librum acceptum per me intelligere non possum. Quæsito interprete intellexi quid dicat Chrysippus. Nec dum quicquam præclarum est vel interpretis vel auditoris. Neq; .n. Chrysippus ea de re scripsit, vt esset qui interpretaretur, quiq; intelligeret: sed vt in vita scripta illa sequeretur. Si ergo scriptis illis vñus fuero: bono eorum fruor. Sin admiror interpretem ob egregiam interpretationē: si intelligere, atq; ipse etiam interpretari possum: deniq; si cetera omnia fuero consecutus, eo excepto quod scriptis non vtor: quid aliud nisi grammaticus sum factus pro philosopho? Vna enim Grammaticæ pars est, scriptorum enarratio. Illud autem inter me & grammaticum interest, quod ego pro Homero Chrysippum enarro. Atq; etiam simpliciter legentem Chrysippum, aut alteri petenti enarrantem, nō parere præceptis illius, reprehendendum est. Ægrotans enim, & remedia morbi scripta *Medicus æ-  
inueniens*, merito profecto erubescat, si ea perspicue *grotans*, nec distinetq; legit, atq; aliis etiam, si opus sit, declarat, *suis medica-  
tis autem morbi sui remediis non vtatur.* *mētis utens.*

## E P I C T E T V S.

**Q** Vacung, proponuntur, et tanquam leges obserua, citra piaculum non violandas. Quicquid autem de te dictum fuerit, id ne curato. Id enim non iam tui est arbitrii.

## S I M P L I C I V S.

Vna hirundo, vt prouerbio dicitur, non facit ver. Ita si temel atq; iterum Chrysippi præceptis parue-

**C**onstantia ris, habitum non confirmabis. Sed est, inquit, in eo  
**& honesta-** quod propositum fuerit, tanquam bono & utili con-  
**rum adso-** flanter permanendum: & religioni habendum, id  
**nū frequen-** violare. Nam si vilium rerum passionib' non statet,  
**tatione est** indecorum & nefas habetur, quasi veritate & fide,  
**opiu.** quibus omnia transiguntur, rataque permanent  
 (quantum quidem in nobis sit) abrogata: an non  
 multo magis eum impium, pacta & conuenta cum  
 philosophia & honesta vita facta violare? Violat  
 autem ea, qui cum dictis & scriptis assentiatur, ut  
 honestis & veris, ilisque uti cœperit: non tamen in  
 iis perseveret. Perleuerare igitur jubet. Quid vero  
 aliud de te loquuntur, cuius noli, ut supra dictum est.  
 Innuit enim, fore multos qui dicant, subito te sa-  
 pientem reduisse: qui que rogent, unde istud super-  
 cilium, & id genus alia. Non enim quid illi dicant,  
 aut non dicant, nostri est arbitrii. Videtur autem  
 alludere ad id quod Pythagorci per ambages di-  
 cunt. Si ædem sis ingressus, non debere te con-  
 uerti: quo significant, qui ad Deum se contulerit,  
 non esse debere anticipi animo, neque res huma-  
 nas curare.

---

### E P I C T E T V S.

**Q**uo usq; tandem differes præstantissima quaque  
 tibi vendicare, & nullatenus distinctionem ra-  
 tionis violare? Accepisti præcepta que amplectenda  
 tibi fuerunt, eaq; amplexus es. Qualem igitur adhuc  
 doctorem exspectas? cuius in aduentum tui correctio-  
 nem differas. Non iam adolescens es, sed matura etate  
 vir. Itaq; si neglexeris & cessaris, ac subinde mora-  
 moram, proposito propositum adiunixeris, & dies alios  
 post alios constitueris: non animaduerses nibilte pro-  
 fecisse, sed hominem plebeium fore tam viuentem  
 quam morientem? Nunc igitur viri perfecti & profi-  
 cientes vitam tibi sume, ac quicquid tibi visum fuerit  
 optimum, ea lex sit iniolabilis. Ac si quid laborio-  
 sum, aut suave, aut gloriosum, aut ignominiosum in-  
 ghererit: memento tum adesse discriminem, tum instare  
 Olympia,

Olympia. nec licere differre: ac profectum una clade  
ac remissione vel parire, vel retineri. Ita Socrates in  
sum evasit qui fuit, cum in omnibus se ipse promoue-  
ret: cum nemini auscultaret, nisi rationi. Tu vero  
et si nondum es Socrates, sic etiam ut qui Socrates esse  
velis, debes vivere.

## S I M P L I C I V S.

Illud quoque decebat, qui præcepta perfecte  
audisset, ne cunctaretur & differret diutius. Re-  
ste Hesiodus:

*Differ opus, nunquam non conflictare dannie.*  
 Ignauis prætextus mora est. In quod igitur, inquit,  
 tempus prorogas, quo minus dignum ipse te iudi-  
 ces, qui singulis iis quæ dicta sunt, utariz? Ea enim  
 sunt optima & perfectissima, & finis ac meta dispu-  
 tationum, ut nusquam a recta ratione recedas, sed  
 ut ea iubet administris omnia tam appetendo quā  
 declinando. Ac aliis quidem dixerit: exspecto dum *Cunctato-*  
*artis differendi præcepta, & doctrinæ quæ est de res,*  
*moibus, audiero.* Tu vero qui iam nonnullos in  
 doctrina morum progressus habeas, præceptaque  
 perceperis, quibus in primis assentiendum est, ut  
 veris & bonis, actum parentum ut notis & fami-  
 liaribus: quem adhuc magistrum exspectas. in cuius  
 aduentum correctionem tui ipsius differas? Alii  
 sunt adolescentuli. Tu vero non iam es adolescentis,  
 sed vir perfecta prudentia, ac ne decrepitus quidem  
 senex. Quod si cessas, aut per incuriam aliud atque  
 aliud tempus, aliam atq; aliam diem tibi præfinis,  
 qua te ipsum sis curaturus: sive inani lactaris, diem  
 hodiernum & crastinum cogitando; itaque impru-  
 dens paulatim regrediere magis, quam progredieris *Vna quædā*  
*assuetudine locordiae, & ruidis atque indœctus per-* *vita est ho-*  
*manebis & viuens & mortuus.* Ut enim illa horum *minū Gran-*  
*principia sunt, & wagnum adiumentum est naturę te nativitatis*  
*atque ingenii præparatio, quam inde habemus: sic tem, & in*  
*eaquæ hic sunt, illorum sunt principium & præ terria, &*  
*paratio. Vna enim est tota vita ratioque viuendi, post obitum.*

quæ hic & illic mutatur. Iam igitur, inquit, viendum tibi esse statue tanquam perfecto, non quod perfectionem sis assecutus (id enim sermones huiusmodi non desiderat) sed quaspiratione progressum perfectus, qui nunquam progredi desistas, nunquam cesses aut remollescas. Sed quicquid tibi remor laudis, etum videbitur, id legem putato, quæ idem exsequi iubeat. Omnibus autem iis quæ inciderint, recte vti

*Semper a-*  
*mor laudis,*  
*semper vi-*  
*ctoria cura.* licet, atque etiam rebus inter se se contrariis, si eas recta ratione modere te: siue res laboriosæ, siue suaves obuiciantur, siue gloria, siue ignominia. Nam siue paruum fuerit illud quod offertur, non contemnes: siue magnum, non reformidabis: neque illud præterfluere sines, sed in uno quolibet tibi certamen esse propositum statuto, in quo aut coronari sit necesse, aut repudiari. Nec enim aliud est reli-

*Parvane-*  
*glettam a-*  
*gnam secum* nihil ad te damni redditum existimes. Ob unum ruinam traxi: enim diem & unam rem, tua, inquit, progressio & hunc.

conseruatur, & perit. Quomodo istud? An quod isqui uno die & in una re cessarit, segnior sit atque remissior, ut alia re incidente minus habeat virium quam prius, & magis ei succumbat quam prius: idque indies magis ac magis, dum aucta paulatim socordia funditus perierit recta rationis progressio? quæ ratione contraria conseruatur atque augetur. Nam ab uno die & una re, nota quedam imprimitur, & qualiscunque sit accessio, ut quicquid postridie inciderit, eo minus offendaris, & minus etiam Socrates ex- die tertio. Sic & Socrates, inquit, omnium vitorum emploratio- sapientissimus eus sit, cum se consuecisset, ne una nisi iussa ca- in re sui correctionem procrastinaret: sed in casu pessimo.

quilibet alii nemini pareret, nisi ei rationi quæ ipsi cogitanti optima videretur. Tu vero si nondum es Socrates, at sic ut qui Socrates esse velis, vivere debes. Qui vero exemplum aliquod intuetur, & ad eius similitudinem contendit: nō committit, quin semper in eo imitando elaboret.

## E P I C T E T V S .

Primus & maxime necessarius in philosophia locus est is, qui agit de vnu decretorum: veluti de non mentiendo. Alter, qui demonstrationes trahat: veluti, cur non sit mentiendum. Tertius, is qui has ipsas confirmat & distinguit: veluti, qui fiat ut ista sit demonstratio: quid sit demonstratio? quid consequentia? quid pugna? quid verum? quid falso? Quarto tertius locus necessarius est proprius secundum, secundus propter primum. Maxime autem necessarius est, & in quo conquisendum sit, primus. Nos vero dicimus facimus, nam in tertio loco immoratur, in eaq; omne studium nostrum consumimus: primum autem prorsus negligimus. Proinde mentimur quidem: quomodo autem demonstretur non esse mentiendum, in promptu habemus:

## S I M P L I C I V S .

Philosophanti, ut qui naturalem suam perfectio- Scientia con-  
nem tum viuenditum cognoscendi recuperare cu- stantem gi-  
piat, quidnam sit verum, scientia comprehendere gnit assens-  
necessitatem est: ne, si opinione tantum fecerit, magistris onem.  
absque ratione ac rebus exploratis crediderit,  
simil & a scopo aberret; simul etiam alias ad aliud  
transire cogatur. Scientia porro cognitio demon- Scientia de-  
stratione comparatur. Demonstrationem vero esse demonstracione  
ratiocinationem, quæ ex evidenteribus propositioni- cōparatur.  
bus rite collocatis concludatur, & quæ propositiones firmamenta rationum non desiderent, quotq;  
modis inter secomponantur: id docere artis differendi munus est. Quod cum ita sit, tres sunt in Tres loci phi-  
philosophia loci maxime necessarii. primus, in vsu losophici.  
positus præceptorum: modelliam in factis, verita-  
tem in dictis esse colendam. Alter demonstrationis,  
quæ rationibus concordat, hæc esse facienda. Tertius,  
qui differendi præceptis confirmat, dilucideq; declarat, eam esse demonstrationem, & non deceptos esse nos, ac docet quid sit demonstratio, quid cōsecutio,

quid pugna? Consequentia esse angustioribus ea quæ latius patet: ut si homo sit, esse animal. Contraria inter se pugnare: Aliquis, nemo: Omnis, non omnis. Neque possit fieri ut ea simul vera sint aut falsa. Ostendit etiam quæ vera sit ratiocinatio, & quibus conflata propositionibus, qua compositio-  
ne? quæ falsa? Perspicuum autem est, hunc quidem tertium locum necessarium esse propter se-  
cundum, ut certa scientia comprehendamus quæ  
nostra bona sint, & quomodo paranda? acquiri ea  
ipsis actionibus. Et hic quidem maxime est necessa-  
rius, & omnis institutionis finis. Ob hunc enim, &  
huius gratia cæteri adhibentur. Nos vero contra fa-  
cimus, nam in tertio loco immoriamur potissimum,  
alterum leuiter attingimus: primum vero, cui ser-  
uiunt cæteri, negligimus. Proinde mentimur: quo-  
modo autem demonstretur, non esse mentendum,  
& quibus dialecticis viis: id in promtu habemus.  
Enimuero decebat, cum didicissemus quomodo es-  
set demonstrandum, Mentiiri non oportere: mox  
demonstratione certaque scientia cognoscere, non  
esse mentendum, idq; ubi cognoscemus, in eo per-  
petuo elaborare, quod ea gratia & secundus & ter-  
tius locus esset traditus. Optimo igitur ordine, &  
acerrime etiam in hoc capite nos ad præstanta ea  
quæ præcipiuntur, veluti manu duxit.

## E P I C T E T V S.

*I*n quo quis incepto hac optanda sunt:  
Me Iupiter duc, & Fati necessitas,  
Quocunq; vestro destinatus numine  
Sum, nam volens sequar. Quod si minus velim,  
Sequar coactus, improbusq; & impius.

Item:

*Euripidias.* Necessitati qui probe se accommodat,  
Sapit, estq; rerum diuinarum conscius:

## S I M P L I C I V S.

Quia præceptiones fuse traditas veterum quidam  
in com-

in compendium redegerunt: eas in promptu semper  
habendas esse moneret, ut & memoratu faciles, & vt  
ob testimonium præstantium virorum, ipsorumq;  
dictorum lepotem, fiduciam nostram de hisce ad-  
monitionibus confirment. Prima est Cleanthis, *Cleanthis*  
Stoici philosophi, Asso nati, qui fuit Zeonis dilec- *Affia sta-*  
pulus, Chrysippi magister. Huius statuam admira- *tua.*  
bilem, magnitudinem Romani Senatus specimen,  
in ipsa Asso vidi, in virtutius honorem dedicataum.  
Precatur autem in iis iambis, vta Deoducatur, &c. *Votienar-*  
quæ ab eo per omnia ordine transit, causa effectrice *ratio.*  
& motrice, quam Fatum appellabat: pollicens se  
strenue atque ultra secuturum. Nam si repugnaro,  
inquit, non modo malus ero, sed & plorans & ge-  
mens sequar. Nec scilicet enim est, in becilliota sequi ea  
quæ fortiora sunt, & causas ea quæ orta sunt de cau-  
sis. Quæ ipse etiam Epictetus innuit in eo capite,  
quo ait: Noli velle, vt ea quæ fiunt, ita fiant vt tu  
vis: sed ita velis ea fieri quæ fiunt, vt fiunt. Sic faci-  
lime agitabis. Hoc enim disciplinam morū omnem  
continet, scilicet coniungere cum vniuerso, & totum cum  
eo esse velle: non autem ab vniuerso scilicet auellen-  
tem, & in angustias, ac potius ad nihilum redactum,  
vniuerso repugnare, & velle vt vniuersum partem  
tam vilē sequatur. Alterum dictu Euripidis est Tragici,  
candemq; sententiā continet. Necessitas enim  
est, quæ ad superna diuinamq; causam ieducat, o-  
mnia, tam inuita quam voluntaria. Cui qui assentit,  
vere sapiens est: rerumque naturam, & partium ac  
totius discrimen satis intelligit, & honorem habet  
eum qui decet diuinæ potentiaz.

---

E P I C T E T U S .

**S**ed & tertium illud: O Criso, si Diu ita visum fu-  
serit, ita fiat. Mo autem Anytus & Melitus occi-  
dere sine posse sunt, laderere vero non possunt. *Platonis.*

## S I M P L I C I V S .

Dictu Socratis est, e Critone Platonis, candemq;

sententiam maiore compendio complectitur. Qui enim non tantum ita loquitur, sed ita etiam viuit: separationi sui ab vniuerso, & fugae a Deo medetur, & a deterioribus omnibus recedit, vniuersitati & Deo mancipatus. Ac videtur mihi hic vir per hosce testes in fine citatos innuere: omnem humani animi perfectionem conuersione ad Deum, eiusque coniunctione absolui & consummari. Quod autem extremum adiectum est, Me vero Anytus & Melitus occidere sanc possunt, laedere autem non possunt: sumtum est ex Apologia Platonica, & Socratis accusatoribus Anyto & Melito dictum. Finem autem principio connectit, dum initio dicta in memoriam reuocat, cum qui bonum & malum in rebus in nostra potestate sitis collocet, non autem in rebus externis, neque coactum iri vnuquam, neque lexum iri ab ullo.

Hæc habui quæ Epicteti studiosis, ad dicta illius declaranda, pro mea virili conferre: gaudēs & ipse datam mihi occasionem de huiusmodi sermonibus commentādi, quæ quidē in tyrannicas grassationes peropportune incidit. Peculiariter autem voto his adiecto, concludam hunc Commentariolum.

*Simplicii  
versus.*

1. Supplico tibi Dominc, pater & dux rationis nostræ, ut nostræ nobilitatis recordemur, qua tu nos ornasti: & ut tu nobis præsto sis, ut iis qui per se moventur: ut & a corporis cōtagio, brutoīūq; affecluum repurgemur, eosque superemus & regamus, & sicut 2. decet, pro instrumentis iis vt amut. Deinde ut nobis adiumento sis ad accuratam rationis nostræ correctionem, & coniunctionem cum iis, quæ vere sunt, per 3. lucem veritatis. Et, tertium Seruatori, supplex oro, ut ab oculis animorum nostrorum caliginem profundus abstergas, ut quod apud Homerum est,

Norimus bene qui Deus aut mortalis habendus,

FINIS COMMENTARIORVM SIMPLICII IN  
Epicteti Enchiridion Hietonymo Vulgo  
Oettingensi interpretate.

CLARVS POST NVBLI  
la Phœbus.

EPICETTI SEN-  
TENTIAE ALIQVOT, E  
IOANNIS STOBEI COLLECTA-  
neis, ex iis (ut coniucimus) ARRIANI Commenta-  
tus reliquæ, quibus ille (ut auctor est Simpli-  
cior) vitam & obitum Epicteti co-  
piose descripsit:

HIERONYMO VVOL-  
fio interprete.

D E F O R T V N A.

**V**ita quæ a Fortuna penderit, torrenti flumini si-  
milis est: quippe turbulēta, cœnosa, imperuia,  
tyrannica, tumultuosa, non diurna.

*De virtute.*

Animus virtuti familiaris, perenni fonti est simi-  
lis, qui puram, placidam, potabilem, salubrem,  
sociabilem, innoxiam, incorruptam aquam sup-  
peditat.

*De profectu.*

Si bonus esse volueris, primum credito te ma-  
lum esse. Castigato affectus, ne illi te puniant. Opin-  
ionem non tam verere, quam ipsius rei veritatem,  
Bene audire si cupis, disce bene loqui: bene loqui  
edoctus, bene facere conare. Ita id consequeris, ut &  
bene audias.

*De divitiis & felicitate.*

Inquire in te ipsum, diues ne malis esse, an beat? ?  
Quod si diues: scito id neq; bonum esse, neq; omni-  
no penes te. Si beatus: id & bonum esse, & penes  
te. Nam opulentia quidem usura est ad breue tem-  
pus, a Fortuna concessa. Beatitudo vero ab animo  
& voluntate penderit.

*De improbitate in dinitiis.*

Ut viperam aut aspidem scorpiumue in eburnea  
vel aurea cista visum, non ob materie pretium  
magnificis & diligis, sed ob pestiferam naturam

odisti & auersaris: ita cum in diuitiis & fortunæ splendore improbitatem conspexeris, noli percelli diuitiarum magnificentia, sed peruersitatem morum aspernare.

*Modestia non temere cum opulentia coniungitur.*

Diuitiae non sunt in bonis: luxus in malis est modestia in bonis. Modestia vocat ad frugalitatem & paranda bona: opulentia ad luxum, & abstrahit a modestia. Difficile igitur est vel in diuitiis modestiam colere, vel in modestia parare diuitias.

*Prateras aquo ferenda animo.*

Quemadmodum si in naui conceptus aut natus essem, ejus esse gubernator non studeres: ita neq; in terris diuitiae tibi experendæ sunt. Neq; enim illuc natura tecum cohæret nauis, neque hic opulentia: sed vbiq; RATIO. Quia vt tibi cognara & a natura tributa est: ita eam tuam esse ducito atq; excolito. Si in Persia natus essem, habitare in Græcia non cuperes, sed ibi degens beatus esse. Cum autē in paupertate natus sis, quid ditescere cupis, ac non potius in ea esse felix? Ut in paruo lectulo coarctatum valere p̄st̄at, quam in ampio thalamo voluptatum ægrotare: sic in paruis copiis anguste viuere p̄st̄at, quam in magnis opib; afflictari. Non paupertas dolorem parit, sed cupiditas: neq; diuitiae metu liberant, sed ratio. Ratio igitur exculta, nec diuitias oprabis, nec paupertatem reprehendes. Neq; equus ob p̄fæpe, phaleras & tapetes, neque avis ob cristā & nidum insolescit, sed vserq; ob celeritatem, alter pedum, altera alarum? Neq; tu igitur ob victum & amictum aut villas externas copias effteraris, sed ob humanitatem & beneficentiam.

*Diferimen beata & luxuriosa vita.*

Beata vita differet a luxuriosa. Nam illa quidem modestia, animo sua sōlē consentio, bona consuetudine, temperantia, frugalitate paratur: hęc intemperantia, delitiis, perturbatione ordinis, immo-destia, ac finis illius laudatio vera est, huius vitūperatio.

*ratio.* Si ergo beate viuere cupis, ne captato laudem  
e luxu. Modus tibi omnis cibi & pot<sup>9</sup> esto, prima ex-  
pletio appetitus: condimentum & voluptas, pse  
sit appetitus. Sic neque plusquam oportet ingeas,  
neq; coquis egebis, & quouis potu contentus eris.  
Prandia & cœnæ sint neq; perulantes, neq; seueræ,  
sed hilares & frugales: vt neque propter corpora  
mentes perturbentur inescatae voluptatibus, neque  
se ipsas negligant, opum delitiis & morbis corporis  
afflictæ.

*Animus curandus potius quam corpus.*

Curato vt non ea tantum quæ ventri ingesseris,  
te laudent: sed & animi hilaritas, nam illa quidem  
in sterco redacta, torrentis instar effluunt: hæc ve-  
ro etiam separato animo, perpetuo incolunis man-  
net. In coniuiciis meditare, quemadmodum duo  
hæc, corpus & animum, tractes. Quicquid antea  
corpori dederis, statim effunditur: quod animo,  
perpetuo conseruat.

*Ira luxui non miscenda.*

Noli mista iræ luxuria frui. Luxuria enim intra  
corpus recepta, non multo post perit: ira vero diu-  
tissime permanet. Quamobrem vide, ne ira impul-  
sus, conuias laute simul & contumeliose tractes,  
sed vt eos potius placabilitate & frugalitate exhila-  
tes. Apum enim innumeribus cibos quidem &  
potiones delinire, dono vero deorum oratione virtu-  
tanquam aculeo acerbe insectari, turpe est. In ser-  
culis euræ tibi sit, ne ministri locupletiores sint ijs  
quibus ministratur. Absurdum enim est, multis  
homines paucis seruire letulisi.

*Aequalitas seruanda in coniuicio.*

Optimum sanc fuerit, tum apparandis rebus ne-  
cessariis manum admouere, tum in coniuicio mi-  
nistris impetrari de iis quæ adiunt. Quod si per  
tempus præstari commode nequiverit: memento  
tibi otioso ministrare negotiosos, edentesurien-  
tes, bibenti sitientes, loquenti tacentes, exhilarato-  
mestros. Sic nec ipse inflammatus quicquam ip-

cepti in te admittes, neq; in alium abs te irritatum  
committes.

*Contentio aliena conuiuus.*

Contentio cum omni loco aliena est, tum conuiuorum sodalitatibus indignissima. Neque enim ebrius aliquis sobrium quicquam docebit, neq; sobrius ebrio quicquam persuadebit. Vbi autem sobrietas abest, inanis & irritus est contentionis labor. Cicadæ canoræ sunt, cochlearæ siccæ : ac haec quidem humestatione, illæ apricatione gaudent : alteras vt testis emergant, ros prouocat : alteras solis ardor excitat, quo feruente cantillant. Quare si homo elegans & urbanus esse soles, cum animus in conuiuus irroratus vino fuerit, tum noli committere, vt prominens inquinetur. Sed cum in conciliis oratione inflammatus fuerit : tum respondere iube, & iustitiæ canere oracula.

*Disputatio, eius qui cum differat, moribus  
accommodanda.*

Eum cum quo disseris, trifariam considera, vel vt præstantiorem, vel vt inferiorem, vel vt parem. Qui si te sit melior, audiendus est, eiq; parendum : inferiori persuadendum, pari assentiendum. Sic nunquam in crimen contentionis incides.

*Veritati cedendum.*

Præstat veritati cedendo vincere opinionem, quam opinioni cedendo vinci a veritate. Quam dum inquiris, non id dabis operam, vt quoquis modo vineas. Nam ea inuenta, id consequeris, vt ne vinearis. Veritas ipsa penes se vincit, opinio a-pud alios.

*Virtus libertatis, seruitutis vitium est  
nomen.*

Duo nomina sunt Libertas & Seruitus: illud virtutis, hoe vitii: vtrunque voluntatis opus, quæ quibus tributa non est, ea neutrum horum attingit. Animus vero dominari solet corpori, & iis que corpori adiuncta sunt, voluntatis expertia. Nemo enim studio & voluntate seruus, liber est. Malum vinculum est, vt

est, ut fortuna corporis, sic animi vitium. Nam corpore solitus, vincitus animo: seruus est. Contra, solitus animo, vincitus corpore: liber. Ac vinculum quidem corporis & natura morte, & vitium pecunia dissoluit: animi vero vinculum virtus magnitudine animi, doctrina exercitatione.

*Tranquilla vita ratio.*

Si tranquille placideque viuere cupis: oportet dato, ut contuberniales tui omnes sint boni. Erunt autem boni, si eos institueris, alios volentes, alios invitatos, ac postea subactos dimiseris. Nam cum iis qui fugerint, una & improbitas fugiet, & vitium: cum iis autem qui apud te manserint, una remanebit & bonitas, & libertas. Praestat cum uno libero degenitem, securum esse, & liberum, quam cum multis seruire.

*Qua tibi fieri nolueris, ea ne feceris  
alteri.*

Quod perpeti recusas, id ne cui feceris. Recusas autem seruitutem: caue ergo ne tibi seruiatur. Nam si seruiriri tibi passus fueris, teante seruum esse probable est. Neque enim virtus cum vito, neque cum seruitute libertas quicquam commune habet. Ut enim is qui valer, neque se curari ab ægrotantibus, neque contuberniales suos ægrotare vult: sic homo liber neq; a seruis sibi ministrari, neque coniuctores seruire sibi vult.

*Libertatis recuperanda ra-  
tio.*

Qui absque seruis esse cupis, ipse seruitute libera-  
tor. Liberaberis autem, si cupiditate solitus fueris. Neque enim Aristides, neque Epaminondas, neque Lycurgus, quod diuites essent, & seruos haberent, alius iustus, alius deus, alius seruator est appellatus: sed quod, quamvis pauperes, Græciam seruitute li-  
berassent.

*Rei familiaris tuenda ratio.*

Si rem familiarem probe administrare cupis.  
Spartiatam Lycurgum imitare. Ut enim is non va-

bem mœnibus cinxit, sed ciues virtute muniit, vrbisque libertatem perpetuo defendit: sicut ne magnam domum completere, neque altis turribus adornaro, sed habitatores benevolentia, fide, amicitia confirma. Sic nihil eam mali ingredierur, etiam si vniuersæ improbitatis tutimæ impetum in eam fecerint.

*Aedium ornamenta.*

Noli tabulis & picturis ædes tuas occupare: sed modestia, sobrietate, temperantia depingito. Quod enim aliunde accedit, impostura quadâ ad paucendos oculos adhibetur. Modestia vero est innatum & indeleibile & perenne domus ornamentum.

*Amicitia armentus potior.*

Dato operam, ut multi amici potius, quam multiboues in tua domo sint.

*Affsentatores cauendi.*

Vt lupus similis est cani: sic & adulator, & adulter, & parasitus similis est amico. Caeve igit, ne deceptus, canum custodum loco pestilentes iupos admittas.

*Benignitatis splendor.*

Elaborare ut gypio candefacta domus in admiratione sit, luxuriosi est: animum vero benignitate liberalitatis illustrare, est & splendidi, & humani.

*Parua contemnenda, magna amplecenda.*

Si initio parua admiratus fueris, magnis indignute præbebis. Sin parua contemseris, in magna crisi admiratione. Nihil minutius est studio voluptatis, avaritia, arrogantia: nihil præstantius magnitudine animi, clementia, humanitate.

*Spes moderanda.*

Nec nauem una ancora, nec vitam una spe nisi decet. Et pedibus & votis ea perambulanda sunt, quæ fieri possunt.

*Magistratus non temere inuadendus.*

Vt nauim gubernaturus, omnino gubernandi artem

artem perdisceres: sic rempublicam administratus, vrbis regendæ rationem discebo. Nam ut ibi quamuis nauim: ita hic quamuis vrbem, arte vtriusque rei cognita, regere poteris.

*Ornamenta vrbium.*

Si tibi propositum est vrbem donariis ornare: te ipsum in primis illi dedicato pulcherrimū mansuetudinis, iustitiae, beneficentia monumentum.

*Amplissudo vrbium.*

Optime de Repub. mereberis, non si testa ædum in altum eduxeris: sed si ciuium animos euerteris. Præstat enim in paruis domibus magnos habitare animos, quam in magnis ædibus humilia delutescere mancipia.

*Mænia vrbium.*

Non Euboicis & Spartanis lapidibus structura mœnium interpolanda est, sed Græca disciplina ciuium & magistratum pectora adornanda. Florentes enim & tranquillas faciunt respub. virorum animi, non ligna & laxa.

*Fortitudo ciuium, luxu potior.*

Quemadmodum si leones atere velles, non tam pretium vincorum quam ipsius animantis natum curares: ita si ciuibus præesse studes, non tam pretium donatorum curato, quam virtutem incolarum.

*Ciues pro varietate ingeniorum tra-*  
*etandi.*

Sicut bonus equo, non quidem bonos pullos alit, effrenes vero esurire sinit, sed ex equo alit vtrosque: sed alteros acrius castigat, & alteris æquare studet. ita etiam is cui respublica cura est, qui que regendæ ciuitatis rationem tenet, moderatos ciues beneficiis afficere studet, improbos vero neq; subito occidit neque eictum illis eundem inuidet: sed vehementius castigat & vrget eum, qui rationi & legi aduersatur.

*Vulgus non timendum.*

Sicut nec strepitu anser, nec balatu ouis percelli-

tur: ita neque te vacordis multitudinis vox terreat.  
Ut multitudo temere aliquid suum postulans, te  
non perirebat: sic tu neque populum inique obtur-  
bantem tibi reformidato.

*Vltero præstandum quod debetur.*

Quod Reipublicæ debetur, id vltro conser, prius-  
quam postuletur: sic nunquam abs te postulabi-  
tur, quod non debetur.

*Vltero & alacriter largiendum.*

Quemadmodum Sol non exspectat preces aut  
præstigias, vt oriatur: sed statim splendet, & ab o-  
mnibus salutatur: sic neque tu applausus & strepi-  
tus & laudationes exspectato, vt benefacias: sed vlt-  
tro bene merere, & æque ac sol amaberis.

*Corpus sordidissimum & molestissimum*

*natura instinctu ama-  
muis.*

Mederi animo est magis necessarium, quam cor-  
pori. Nam mors improbae vitæ præstat. Pyrrhon di-  
cebat, nihil inter vitam & mortem interesse. Sed ro-  
gatus a quodam, Cur ergo ipse non moreretur? Ob-  
istuc ipsum, inquit, quod nihil interest. Mira quæ-  
dam res est Natura, &, vt ait Xenophon, viræ amans.  
Corpus enim omnium molestissimum & sordidis-  
simum diligimus & curamus. Quod si quinque tan-  
tum diebus vicini corpus curandum esset: eam fer-  
re molestiam non possemus. Quam esset graue, ma-  
ne, cum surrexisses, alienos fricare dentes: & illas  
purgare corporis partes, quæ ad naturæ necessita-  
tem daturæ sunt? Omnino mirum quiddam est, eam  
nos rem diligere, cui toties singulis diebus inserui-  
mus. Impleo sacrum hunc, deinde exonero. Quid  
hoc molestius? Sed Deo me parere oportet: eaque  
de causa non recuso manere in vita, & miserum hoc  
corpusculum lauare, pascere, tegere. Cum vero iu-  
nior essem, etiam aliud quiddam mihi imperabat,  
egoque nihil minus id ferebam. Cur igitur repu-  
gnatis, cum Natura corpus, quod dederat, vobis au-  
fert? Amo id, aiunt. Ergo id quod modo dicebam,  
istum

istum ipsum amorem Natura vobis dedit. Eadem vero ait: Amitte ipsum iam, neque sis amplius occupatus. Si adolescentis mortem obit, accusat Deos, quasi ante diem fato abruptus. Si senex euris & negotiis implicatur: queritur se tum esse occupatum, cum requiescendum esset, & nihil minus ingruente morte viuere vult: accersit medicum, orat ne vili labori & diligentiae parcat. Mirabiles profecto homines, qui neque viuere velint, neque mori. Longiori vita & deteriori, breuior & melior omnibus utique modis est praeferenda.

*Virtus diuinitatis potior.*

Diuinitatis vtendum est, ut materia quadam non in omni re eodem modo. Virtutem igitur omnibus optare praestat, quam diuinitas insipientibus periculosas. Pecuniis enim augetur improbitas: & quo quisque stultior est, eo magis insolevit, cum voluptatum suarum rabiem explere potest. Nemo avarus, nemo voluptarius, nemo ambitiosus est, idemque humanus: sed solus honestatis studiosus.

*Honestas paupertas luxuriosis opibus potior.*

Quemadmodum in naui magna, eleganti & aureata nauigans, mergi nolles: sic ne veles in ædibus ingentibus & sumtuosis sedens iactari tempestate. In paupertate quispam felix ætatem exegit, rarissime vero in diuinitatis & magistratibus. Tantum excellit paupertatis bonum, ut nemo vir bonus paupertatem cum turpibus diuinitatis commutatam velit: nisi forte olim Atheniensium ditissimus Themistocles, Neoclis F. in egestate virtutis melior fuit Aristide & Socrate. Opulentia vero eius & ipsa evanuit, celebrarique desiit. Nam cum improbo viro in morte una pereunt omnia: honestas vero est æterna.

*Deorum muneribus acquiescendum.*

In uitati ad conuiuium, eo quod adest fruimur. Si quis vero postulet a conuiuatore ut sibi pisces aut placetas apponat: ineptus habeatur. In mundo autem multa flagitamus a Diis immortalibus,

quæ illi negant: idque, cum multa sint quæ nobis dederunt.

*Quis alio præstantior?*

Lepidi homines sunt, qui rebus nostræ potestati non subiectis gloriantur. Ego te, inquit, sum melior. Agros enim multis habeo, tu vero fame confitarris. Alius ait: Ego sum consularis, ego procurator: aliis, ego sum eripus. Equus vero equo non dicit, ego sum te melior, quia multum pabuli habeo, multum hordei: freni mihi sunt aurei, & varia ephippia: sed, quia sum te celerior, atq; adeo quodpius animal suapte virtute aut vitio, vel melius est, vel peius. Hominis ergo solius nulla est virtus? sed capilli nobis spectandi sunt.

*Philosophi manus, & vestes, & aui.*

Vt medici est, ægrotos: ita philosophi, homines vitiosos monere. Medico quidem nihil consulenti succensent ægrotantes, eumq; de sua desperasse salutem autumant. Cur vero erga philosophū eodem modo affecti non sunt, vt existimant, eum de emendatione ipsorum desperasse, si nihil utile praeceperit?

*Tolerantia & corporis & animi sanitatem arguit.*

Qui corpore valent, & æstus & frigora tolerant. Sic qui animo bene constituti sunt, & iram & dolorem, & lætitiam & cateros affectus ferunt.

*Lycurgi patientia & prudentia.*

Lycurgi, Lacedæmonii facinus quis nostrum nō miratur? qui a ciue quodā, altero mulieratus oculo: eum a populo sibi traditum, vt suo arbitratu mulieraret, nulla quidē pena affecit, sed instituit. Cumq; iam virum bonum effecisset, in theatrum produxit. Admiratibus autem Lacedæmoniis: Hunc, inquit, cum a vobis superbum & iniustum accepissem, vobis æquum & popularem restituo.

*Pittaci clementia.*

Pittacus quendam a quo læsus fuerat, cum multe posset, dimisit: & veniā vliioni præstare dixit, quod illa mansuetæ, hæc ferinæ esset naturæ.

*Parcere*

*Parere humanitatis est.*

**S**i quem cum vehementia & minis inuadis: me-  
mento tibi dicere, te mansuetum esse. Ita cum nihil  
ferociter egeris, nullius facti te peccitebit, neque  
vnquam accusaberis,

*Labor utilis.*

**D**iogenes vllum laborem bonum esse negauit,  
cuius finis non esset fiducia, & animi potius quam  
corporis robur.

*Raro delinquendum.*

**P**rästat raro delinquere, proflentem te sæpius  
modestum esse: quam raro peccare, si te sæpe dicas  
delinquere.

*Voluptas an sit secundum naturam?*

**M**orosos dicunt eos esse philosophos, qui volup-  
tatem esse naturæ consentaneam non putant: sed  
consequi ea quæ secundum naturam sint, iustitiā,  
modestiam, libertatem. Cur ergo anim⁹ commodis  
corporis, quæ minora sunt, gaudet: maximis vero  
bonis suis non lætatur? Atqui. Natura mihi dedit  
verecundiam: & sæp̄ erubesco, si quid mihi videor  
turpe dicere. Is motus mihi obstat, quo minus vo-  
luptatem bonum & vita finem statuam.

*Iudex verus.*

**V**t vera libra nec a vera libra regitur, neque a fal-  
sa iudicatur: sic etiam iustus iudex, neque a iustis  
accusat, neque apud iniustos causam dicit.

**V**t rectum recto non eget, sic neque iustum iusto.

**N**e prius in alio prætorio ius dicas, quam ab ipsa  
iustitia tibi ius redditum fuerit.

**S**i recte iudicare voles, neminem neq; accusato-  
rum neque reorum cognoscito: sed ipsum IVS.

**I**n iudicando minime errabis, si ipse in vita nihil  
vnquam deliqueris.

**P**rästat a condemnato immerito accusari, si re-  
ste: quam a Natura iure reprehendi, si iniuste iudi-  
caris.

**V**t lapis quo aurum exploratur, non & ipse ab

euro vicissim exploratur: sic neque is qui facultate  
iudicandi est praeditus.

Turpe est iudicem ab alio iudicari. Ut recto nihil  
rectius, ita iusto nihil iustius.

*Illustris viri frugalitas publice utilis.*

Vt in portibus pyrae paucis sarmenis magnam  
edentes flammarum, errantib. in mari nauibus mul-  
tum adserunt adiumenti: sic vir illustris in urbe  
afflita, si ipse paucis sit contentus, magna beneficia  
conseruit cives suos.

*Agrippini virtus.*

Agrippinus ob hoc laude dignus est, quod cum  
vir esset praestantissimus, nunquam ipse se lauda-  
uit: sed & cum ab alio laudabatur, erubet sebat. Is  
vir talis erat, vt semper aduersa rei, quæ ipsi accidis-  
set, laudationem conseriberet. Si febris erat, fe-  
bris: si male audiebat, infamia: si exulabat, exilio: si  
cum vero aliquando pransero interuenisset, qui nun-  
tiaret, iubere Neronem ut exultatum iret: Ergo, in-  
quit, Aricæ prandebimus.

*Delicitorum defensiones querimus.*

Romanæ mulieres Platonis de Republica libros  
in manibus habent, quod communes oportere  
mulieres esse censem. Verba enim viri illius ample-  
ctuntur, non sensum. Is quippe non contrahere ma-  
trimonium, & unum viuis vti consuetudine iubet,  
& postea communes vult esse mulieres: sed talibus  
nuptiis repudiatis, aliud coniugii genus instituit.  
Omnino enim homines delictis suis parare defen-  
siones gaudet, cum philosophia neget vel digitum  
temere esse extendendum.

*Voluptates commendat rarius usus.*

Rarissimæ quæque voluptates maxime dele-  
stant. Sed si quis excesserit modum, suauissima  
quæque fiunt molestissima.



F I N I S.

HIERO-

HIERONYMVS WOLFI-  
us Lectori S.

**V**Tinam epistolæ Epicteti, quæ cū Simplicio Com-  
mentariis in Florentina Bibliotheca extare di-  
cuntur, habere potius nescimus: ut ne quicquam tam pra-  
stantis philosophi desideraretur. Sed eas, ut i spero, aliud  
tempus et situm Et tenebris in lucem proferet. Nunc vero  
hanc altercationem quamvis φοριτηριαφορ, ut opinor,  
corollaris vice adiutare viatum est, ob exiguum tan-  
tilla charta inctuvam, quam vel una sententia  
pensare potest. Vale.

**ALTERCATIO HADRIANI**  
**AVG. ET EPICETEI PHI-**  
**LOSOPHI.**

**H**ADRIANVS. Quid erit nobis, si cinctum sol-  
uas, neq; nudaberis ipse? Respice corpus, quo  
& doceri possis. EPIC. Epistola est. HAD. Quid est  
est epistola? EPIC. Tacitus nuntius. HAD. Quid est *Epistola*.  
pictura? EPIC. Veritas falsa. HAD. Quare hoc dixisti? *Pictura*.  
EPIC. Videmus enim poma picta, flores, animalia,  
aurum, argentum, & non est verum. HAD. Quid est *Metalla*.  
aurum? EPIC. Mancipium mortis. HAD. Quid est  
argentum? EPIC. Invidiae locus. HAD. Quid est fer-  
rum? EPIC. Omnis artis instrumentum. HAD. Quid  
est gladius? EPIC. Regimen castrorum. HAD. Quid est *Gladius*.  
gladiator? EPIC. Sine crimine homicida. HAD. Qui  
sunt qui sani ægrotant? EPIC. Qui aliena negotia *Curiøſſ*,  
curant. HAD. Qua ratione homo lassus non fit?  
EPIC. Lucrum faciendo. HAD. Quid est amici- *Lucrum*.  
tia? EPIC. Concordia. HAD. Quid est longissi- *Amicitia*.  
mum? EPIC. Spes. HAD. Quid est spes? EPIC. *Spes*.  
Vigilanti somnus, exspectanti dubius euentus. HAD.  
Quid est, quod homo videre non potest? EPIC.  
Alterius animum. HAD. Qua re peccant homines? *Animus*.  
EPIC. Cupiditate. HAD. Quid est libertas? EPIC. *Cupiditas*.  
Innocentia. HAD. Quid regi & misero commune *Libertas*.

Sermo.  
Vita.

Mors.

† se se sciāt.

Tuba.

Tymba.

Paupertas.

Homo.

Videtur esse di-  
fīchon, sic le-  
gendūm:  
Poma vt in ar-  
boribus pendent,  
sic corpora no-  
stra. Aut ma-  
tura cadunt,  
aut cito acerba  
ruunt.

Fortuna.

est? EPIC. Nasci & mori. HAD. Quid est optimum ac pessimum? EPIC. Verbum. HAD. Quid est quod alii placet, alii displace? EPIC. Vita. HAD. Quid est optima vita? EPIC. Breuissima. HAD. Quid est certissimum? EPIC. Mors. HAD. Quid est mors? EPIC. Perpetua securitas. HAD. Quid est mors? EPIC. Timenda nulli, si sapiens degat: Inimica vitae, Numē amantium, Metus parentum, Liberorum præda, Testamenti gratia, Post obitum sermo, Supremæ lacrymæ, Post memoriam obliuio, Fax rogi, Onus sepulcri, Titulus monumenti: Mors omnium malorum finis est. HAD. Quare mortuus coronatur? EPIC. Agonem se vita transegisse testatur. HAD. Quare mortuo pollices ligantur? EPIC. Ut parem post obitum esse † se nesciat. HAD. Quid est vespillo? EPIC. Quem multi deuitant, & nemo effugit. HAD. Quid est rogos? EPIC. Contentio crediti, persolutio debiti. HAD. Quid est tuba? EPIC. Belli incitamen, Castrum signum, Arena; admonitio. Scenæ commissio, Funeris deploratio. HAD. Quid est monumentum? EPIC. Saxa stigmata, Otioli via- toris spectatio. HAD. Quid est homo pauper? EPIC. Quem vt puteum desertum omnes aspiciunt, & suo loco illum relinquunt. HAD. Quid est homo? EPIC. Balneo similis. Prima cella tepidaria vntuaria, infans natus perungitur. Secunda cella sudatoria, pueritia est. Tertia cella assa, perserētaria iuuentus. Quarta cella frigidaria, senectus, omnibus æquat sententiam. HAD. Quid est homo? EPIC. Pomo simili. \* Poma vt in arboribus pendent, sic sunt & corpora nostra: aut matura cadunt, aut, si citè, acerba ruunt. HAD. Quid est homo? EPIC. Sicut lucerna in vento posita. HAD. Quid est homo? EPIC. Loci hospes, Legis imago, Calamitatis fabula. Mancipium mortis, Vitæ mora: quo fortuna s̄pē suos ludos facit. HAD. Quid est fortuna? EPIC. Ut matrona nobilis, quæ in seruos se impingit. HAD. Quid est fortuna? EPIC. Sine iudicio proxima meta. Alienorū bonorum casus: Ad quem venit, splen-  
drem

rem ostendit: a quo recedit, umbram facit. HAD.  
 Quot sunt autem fortunæ? EPIC. Tres. Vna cæca,  
 quæ vilibet se impingit: & alia insana, quæ conce-  
 dit, cito aufert: tertia larda, quæ miseriorum preces  
 non exaudit. HAD. Quid sunt dij? EPIC. Oculorum Dii.  
 signa, Mensis numina. Si metuis, timor est: si con-  
 tines, religio est. HAD. Quid est sol? EPIC. Splendor ☉  
 orbis, qui tollit & ponit diem, per quem fecit nobis  
 cursum horarum datur. HAD. Quid est luna? EPIC. ☾  
 Diei adiutrix, Noctis oculus, Fax tenebrarum. HAD.  
 Quid est cœlum? EPIC. Culmen immensum.  
 HAD. Quid est cœlum? EPIC. Aer mundus. HAD. Cœlum.  
 Quid sunt stellæ? EPIC. Littora gubernatorum ✸  
 HAD. Quid est terra? EPIC. Horreum Cereris. HAD.  
 Quid est terra? EPIC. Cellarium vitæ. HAD. Quid Terra.  
 est mare? EPIC. Iter incertum. HAD. Quid est na- Mare.  
 uis? EPIC. Dominus erratica. HAD. Quid est nauis? Nauis.  
 EPIC. Vilibet hospitium. HAD. Quid est nauis?  
 EPIC. Numina Neptuni, Anni cursuum tabellari-  
 um. HAD. Quid est Nauta? EPIC. Amator pelagi,  
 Firmi desertor, Contemtor vitæ mortisque, Vnde  
 cliens. HAD. Quid est somnus? EPIC. Mortisima- Somnus.  
 go. HAD. Quid est nox? EPIC. Laboranti requies, Nox.  
 Graßanti lucrum. HAD. Quid est culcitra? EPIC. Culcitra.  
 Insomnis volutatorum. HAD. Quare Venus nu-  
 da pingitur? EPIC.

Nuda Venus pista est: nudi pinguntur amores. ♀

Quis hac nuda placet, nudos dimittat oportet.

HAD. Quare Venus Vulcano nupta est? EPIC. Osten-  
 dit, amorem ardore incendi. HAD. Quare Venus  
 straba est? EPIC. Quia praus est amor. HAD. Quid  
 est amor? EPIC. Otioli pectoris molestia, in pucro Amor.  
 pudor, in virgine rubor, in fœmina furor, in iuuene  
 ardor, in senecte risus, in deriso delicti inequities est.  
 HAD. Quid est Deus? EPIC. Qui omnia tenet. HAD. Deus.  
 Quid est sacrificium? EPIC. Delibatio, HAD. Quid Sacrificii?  
 est sine societate? EPIC. Regnum. HAD. Quid est re- Regnum.  
 gnum? EPIC. Pars deorum. HAD. Quid est Cæsar? Cesar.  
 EPIC. Publicæ lucis caput. HAD. Quid est Senatus? Senatus.

- Miles.* ERIC. Ornamentum urbis, Splendor ciulum. HAD.  
*Roma.* Quid est miles? ERIC. Murus imperii, Defensor patriæ, Gloriosus servitus, Potestatis iudicium. HAD.  
*Victoria.* Quid est Roma? ERIC. Fons imperii orbis terrarum, Mater gentium, Rei possessor, Romanorum contuberniū, Pacis eterna consecratio. HAD. Quid est victoria? ERIC. Belli discordia, Pacis amor. HAD. Quid est pax? ERIC. Tranquilla libertas. HAD.  
*Forum.* Quid est forum? ERIC. Templum libertatis, Areal litigantium. HAD. Quid sunt amici? ERIC.  
*Amici.* Status aureæ sunt. HAD. Quid est amicus? ERIC.  
*acinum* Pomo citreo similis, foris beatus: nam intra pe-  
*Parasiti.* etus\* acidum occultat \* malo. HAD. Quid sunt  
parasiti? ERIC. Qui tanquam pisces  
adescantur.

*HVIC DIALOGO PROPTER  
ET SIMILITUDINEM ET ELEGANTIAM, Problemata Thaleitis & aliorum  
adscribentur vixum est.*

## PHILOSOPHORVM.

-  Quid est omnium antiquissimum? DEVIS.  
 ortu enim caret.  
 Quid pulcherrimum? MUNDVS, quippe  
 opus Dei.  
 Quid maximum LOCVS. Capit enim omnia.  
 Quid velocissimum? MENS. Nam percurrit omnia.  
 Quid potentissimum? NECESSITAS. Omnibus enim dominatur.  
 Quid sapientissimum? TEMPUS. Inuenit enim omnia.  
 Diesne prior fuit, an nox? Nox uno die prior existit.  
 Quid est difficile? SESE NOSSE.  
 Quid facile? ALIVM MONERE.  
 Quid suauissimum est? VOTI FIERI COM-  
 POTES.

Quid

Quid raro, vel (nam & sic intelligi potest τὸ δύ-  
νατὸν ηὔστητος) cum molestia spectatur? **SENEX**  
**TYRANNVS.**

Quo pacto calamitatem facilime feras? Si cum  
inimicis tuis peius agi videoas.

Quo pacto optime iustissimeque viuemus? Si  
ea ipsi non fecerimus, quae in aliis reprehendimus.

Quis est BEATVS? Qui & corpore sano est, & ani-  
mo bene instituto. *Beatitude  
est, Mens sa-*

Cum inter vitam & mortem nihil interesse di-  
cas, cur non moreris? Quia nihil interest. *na incor-  
pore sano.*

Latent ne Deum iniuriae hominum? Imo ne co-  
gitationes quidem.

Quis nam sapientiae primas tenet? D e s v s. Tri-  
buitur & Soloni.

Quid est numen? Quod neque principium, neq;  
finem habet.

Quis pulcer? Non qui faciem exornat, sed qui est  
bonis moribus praeditus.

Estne adolescenti vxor ducenda? Nondum venit  
tempus.

An vero ingrauescente ætate? Iam præteriit  
tempus.

*Musai.*

Vnde oriuntur omnia? Ex uno, & in idem resol-  
uuntur.

*Anaxagora.*

Res omnes simul fuerunt: sed Mēntis interuentu  
in ordinem redacta sunt omnia.

*Pythagoras.*

Quis est sapiens? Nullus homo, sed solus Deus.

*Apollinis.*

τίς σεφίη πάντων πρώτης: τέττα πείποδι αὐδή.

Illiū cito tripos, cuius sapientia vincit.

*Thaletis, aut Socratis.*

Ob hæc tria Fortunæ gratiam habeo: quod ho-  
mo sum, non bestia: quod vir, non mulier: quod  
Græcus, non Barbarus.

*Anicula Thaleti prolapso in foveam.*

Cum ea quæ ante pedes sunt, viderem nequeas: putasne te cœlestia cognitum?

*Thaleti.*

Non deterius est adulterio perjurium.

*Solonis.*

Quo pacto maxime deterreri possunt homines ab iniuris? Si ij qui læsi non sunt, & que inquis animis tulerint, atque ij qui læsi sunt.

Cur deploras filium, cum lacrymis nihil proficias? Ob hoc ipsum, quod nihil proficio.

*Æsopi, a Chilone interrogati.*

Quid agit Iupiter? Alta deprimit, extollit humilia.

*Chilonis.*

Eruditi qua re præstant iudeostis? Spe bona.

Quid est difficile? Arcana tacere, otium recte collocare, iniuriam posse ferre.

Cur alii non maledicendum? Ne audias quæ velis.

Quid agendum potenti? Adhibenda clemencia, ut homines eum magis reverentur quam formident.

*Pittaci.*

Quid est optimum? Ea quæ adsunt, boni consulere.

Quod imperium est optimum? Depicti ligni: hoc est, legum.

*Bianti.*

Quis est infelix? Infelicitatem ferre non posse.

Ea quæ fieri nequeunt oppetere, & aliena mala non recordari, quid est? Morbus animi.

Quid est difficile? Res mutatas in peius pulcre ferre.

Quid agendo homo delectatur? Lucrando.

Adolescentia quod viaticum ad senectutem parare sibi debet? Sapientiam & eruditio nem, quarum possessio constantior est rebus cæteris.

Quid suave est hominibus? Spes.

*Cleobulî.*

*Cleobuli.*

Vnus pater habet 12. filios, quorum singulis sunt  
30 filiae, forma dissimili, aliae albæ, aliae nigrae. Quæ  
quamvis immortales, tamen omnes intereunt.  
Quid hoc est? Annus.

*Periandri.*

Quæ custodia principis optima? Si benevolentia,  
non armis muniatur.

*Anacharsidis.*

Vitis quot vuas gignit? Tres: primam voluptatis,  
alteram ebrietatis, tertiam molestiæ.

Quæ ratione vitabis ebrietatem? Si ebriorum de-  
formitatem ob oculos tibi posueris.

Quæstum a morte absunt nauigantes? Quatuor  
digitos.

Quæ naues sunt tutissimæ? In nauilia redu-  
ctæ.

Nauigantes quo numero habendi? Neque inter  
viuos, neque inter mortuos.

Quid apud homines idem & bonum est, & ma-  
lum? Lingua.

Quid est forum? Certus locus, in quo alius ali-  
um fallat & circumueniat.

*Mysonis Chenei.*

Vnde petenda est oratio? E rebus & factis: non  
res & facta e verbis. Neque enim verborum  
causa res geruntur, sed propter  
res verba fiunt.



F I N I S.

*PLVTARCHI LIBELLVS, QVO DERIDET STOICOS, VT ADMIRABILIORA locutos quam Poetas: Hieronymo Wofio interprete.*

*Iustius Stoicorum sapiens, quam Pindari Cæneum derideri.*

*Epicetus a nimiribus huiusmodi easibus opponit.*

*Lydolaus vnguicula et Graia etiæ quoque regalis retra.*

*Subita mutationes Stoici stulti & sapientia.*

*Animi pulcritudo con sideratur, non sed augescere, & eum circumuallante, quamvis corporis.*

PINDARI Cæneus reprehensus fuit, quod sine villa veri specie ferro imperius, & inuiolabili corpore fingeretur: ac demum recto pede terram a se diffilam inuulneratus subierit. At Stoicus Lapitha, velut ex adamantina materia, indolentia illa, fabrefactus: non ille quidem est inuulnerabilis, neque morborum & doloris expers, sed manet securus, hilaris, inuictus, liber quamuis vulneretur, doleat, torqueatur, in excidio patriæ, in huiusmodi cladibus. Pindari Cæneus ictus non vulneratur: Stoicorum vero sapiens, inclusus non prohibetur: præcipitatus, non cogitur: extortus, non cruciatur: ambustus non lœditur, in lucta prostratus non vincitur: vallo circumdarus, non obsidetur: venundatus ab hoste, non est captiuus: nauigiorum non dissimilis, quæ cum inscriptionem habeant secundæ nauigationis, & prouidentiae curæque seruaticis, tempestate iactantur, allise scopulis franguntur & enervantur. Euripidis Iolaus subito ex infirmo & effero adolescens & robustus ad pugnam voto quadam exstitit. Stoicorum vero sapiens, heri fuit odiosissimus simul & pessimus, hodie subito ad virtutem transmigravit: & ex rugoso pallido, morbosso, afflicto & ærumnoso sene, decorus, Deo similis, formosus euasit. Vlyssi Minerua rugas, caluitum & deformitatem abſtulit, vt pulcer appareret. Istocritudo conrum autem sapiens, non recedente senio a corpore, sideratur, non sed augescere, & eum circumuallante, quamvis forte gibbosus, edentulus, luscus: neq; turpis, neq; deformis, neque tetro aspectu est. Nam vt scarabeus, relictis vnguentis, oletum persequi dicitur: ita Stoicus amor turpissimorum & deformosissimorum consue-

confuetudine v̄sus, eosdem per sapientiam pulcos  
& formosos factos auersatur. Fingamus, apud Stoicōs aliquem mane fuisse pessimum, idem vespere  
erit optimus, & cum attonitus, rudis, iniustus, petu-  
lans, atque etiam seruus, pauper, egenusque obdor-  
misset: codem die resurget sapiens, rex, diues &  
beatus, factus modestus, iustus, constans, opinionis  
expers, imberbis & impubes, iuuenili & tenero cor-  
pore, animo infirmo, effeminato, molli & incon-  
stanti: mentem perfectam, summam prudentiam,  
diuinam affectionem, scientiam ab opinione re-  
motam consecutus, quamuis improbitas in eo nihil  
ante remiserit, subito, parum abest quin dicam he-  
ros aliquis, aut genius, aut Deus ex animali pessimo  
euanis. Nam qui Virtutem e Stoa petierit, ei dicere Stoica Vir-  
licet: Opta quicquid vis, id optatum feres, hęc diui-  
tias affert, regnum habet, felicitatem largitur, for-  
tunatos facit, nullius rei gentes, sua sorte conten-  
tos, eos etiam qui ne denarium quidem domo secū  
attulerunt. Poeticus sermo, quo decorum seruet,  
nusquam Herculem rebus necessariis egere sinit:  
sed vē'it e fonte ipsi & suis copiæ affluūt. Qui vero Facta dicitur  
Stoicain Amaltheam accepit, diues ille quidem non conser-  
factus est, sed victum ab aliis emendicat: Rex est, tanea.  
sed accepta stipe syllogismos resolut: omnia solus  
haber, sed mercedem ædium soluit, & farinā emit,  
pecuniam saepè ab iis minutiis, qui nihil habent.  
Ithacensis ille Rex, cum se cognosci nollet, mendi-  
cat: & quam maxime potest, se facit mendico turpi  
similem. At Stoicus Rex clamitans & vociferans,  
se solum esse regem, se solum esse diuitem, saepè in  
alienis foribus conspicitur, dicens:

Vestem dato Hipponatti:

..

Valde algeo, horreog.

..



**ALIVS PLVTA R-**  
**CHI LIBELLVS, EODEM IN-**  
**TERPRETE: QVI GRYLLVS A GRVN-**  
**nitu porcorum (qui Græcis ~~quod non est~~ est) inscribitur,**  
**lectu non minus iucundus quam virilis: quo declarat**  
**(quod quidem & deplorandum & detestandum est)**  
**plerasq; bestias natura congruentius vinere, & pauci-**  
**oribus vitiis contaminatas esse, quam vulgus homi-**  
**num. Consideremus, Lector, quales simus, &**  
**quid De responsuri si-**  
**mus.**

### PERSONÆ DIALOGI.

*Vlysses. Circe. Gryllus.*

### V L Y S S.

*Vlyssis am-  
bitio & va-  
cordia per-  
stringitur.*

**I**STA quidem intellexi, Circe, ac memini. Admodum autem ex te audire cupio, nunquid inter istos, quos in lupos atque leones mutasti, Græcos aliquos habeas? C. Multos, suauissime Vlysses. Cur autem interrogas? V. Quod omnino persuasum habeo, mihi perquam honorificum fore apud Græcos, si istos tuo beneficio pristinæ formæ restitutos acciperem, ac homines denuo redderem, ne scilicet præter naturam in beluarum corporibus senescentes, adeo miserabiliter atque ignominiose viuerent. C. Tanta est istius hominis infacia, ut ambitionem suam non sibi tantum & sociis, sed alienis etiam calamitosam esse oportere putet. V. Iterumne, Circe, me absurdâ ista oratione, quemadmodum alios, Cycone tuo propinato, beluam reddere studes? Quid enim? Non ero belua, si persuaderi mihi patiar, calamitosum esse, hominem & belua fieri? C. Quasi vero tu non longe absurdius de te ipso consulueris, qui vitam immortalem & senectutis expertem agere mecum recusans, ad mulierem mortalem, vel anum potius iam essetam, si

vera fateri libet, per infinita adhuc pericula prope-  
res, ambitione videlicet amplificandi nominis va-  
næque gloriolæ studio incitatus, vmbram inanem  
ac simulacrum vero bono præferens? V. Sint ista  
sane ita vt dicis, Circe. Quid enim necesse est nos  
de eadem re contendere toties? Viros vero istos di-  
mitte liberos, mihi que dona. C. Minime vero istuc  
ita facile fiet, vt tu putas. Nec enim sunt vulgares  
quidam, ac plebeii. Sed tu prius eos interroga, vtrū  
velint, nec ne? Quod si negarint, persuade illis, si  
qua tua est eloquentia. At si ipsi disputando te vi-  
cerint, satis tibi sit, tam male te & tibi ipsi, & tuis  
sociis consuluisse. V. Quas mihi delicias facis, o be-  
ata? Qui enim isti vel audiebat, vel respondebunt,  
dum alini, sues & leones fuerint? C. Bono animo  
es, homo hominum ambitiosissime. Ego efficiam,  
vt & intelligere & disputare queant, vel vnum potius  
omnium munere fungetur. En cum hoc dissere. V.  
Quo cum nomine appellabo? Ecquis hominum  
hic est? C. Quid istud ad rem? verum, si placet, Gryl-  
lum appella. Ego autem interim cedam, ne dissili-  
mulata sententia sua, ad gratiam loquii ac disputare  
videatur. G. Salve Vlysses. V. Et tu Grylle. G. Qua-  
de re interrogare vis? V. Intelligo vos homines  
fuisse. Miseret me igitur sortis istius cum vestrum  
omnium, tum (vti par est eorum clade in primis  
afficio, si qui Græci sunt inter vos. Quare modo *Gryllus ma-*  
*a* Circe petui, vt quicunque vestrum id vellet, cum *sunt esse por-*  
*solutum, pristinæque figuræ redditum, abire no-* *cus quam*  
*bilem pateretur.* G. Desine Vlysses, neque quic- *home.*  
quam ultra dicas. Omnes enim valde te despici-  
mus, cum intelligamus falso prædicatam esse tuam  
eloquentiam, & eximiam quandam præter cæteros  
sapientiam, vt qui incircumspecte prorsus mutatio-  
nem & deterioribus in meliora metuendam ducas.  
Nam quemadmodum pueri a medicorum phar-  
macis abhorrent, & illas modestias fugiunt, quæ &  
corporis & mentis pariter statum immurant, ac ve-  
trusque & sanitati & integritati consuluant: sic tu

valde caues, ne alius ex alio fuit. Et tu ipse horres & expauescis cum Circe degete, inveni ne te per insidias aut suem aut lupum faciat. ita nobis persuadere studes, qui copitis omnibus rem in eundissimorum circumfluimus, vt & his, & ea que horum auctor est, relatis, una tecum soluanus, de quo facti homines: quibus nullum aliud animal est miserius, adeo ut miseria sua quasi delectari videantur. V. Tu mibi Grylle videris illa potionē non formam tantum, sed mentem etiam penitus amisisse: qui sis reseptus tam absurdis & peruersis atque praeposteris cogitationibus. Nisi forte consuetudinis quædam in isto corpore voluptas præstigias tibi fecerit. G. Neutrum istorum in causa est, Rex Cephalenum: quod si disputare nobiscum, quam nos criminari malueris, mox tibi aliud persuadebitus, utrumque vitæ genus experti: ac ostendemus, hac a nobis non iniuria illis præferri. V. Enimuero vos audiam, ac lubens. G. Et nos parati sumus ad dicendum.

*Quanto per Est autem a virtutibus, tanquam ab ipso capite, ar-  
se fæcundus cessenda disputatio: quæ, ut appareat, maximos vo-  
ager præstā- bis animos faciunt: quasi & iustitia & prudentia &  
tior sit labo- fortitudine, & si qua sunt alia huius generis, longe  
rio se culto: præstetis reliquis animantibus. Responde mihi igi-  
tanto potio- tur, ut sapiētissime. Audiui enim te Circe aliquan-  
rem esse vir do commemorantem de Cyclopum terra, que, cum  
tutem belu- neque arati neque plantari quicquam in ea soleat,  
arum hu- adeo tamē bona & secunda esse diceretur, ut omnis  
mana.*

generis fructus ultro ferret. Vtrum igitur hanc lau-  
dandum magiscenses, an tuam illam Ithacath, ca-  
pratum altriceim, asperam atque sterilem, adeo ut  
magnis multisq; entra laboribus, & parua & tenuia  
& viliagignat agricolis? Neque vero velim te graui-  
ter hoc, atq; iniquo animo ferentem, amore patriæ

*Absurdū a- impulsum, aliud quam sentias respondere. V. Amq.  
lia laudare, quidem (satendum est enim) magis & pluris facio  
alia sequi.*

meam patriam, laudo vero & admiror illam. G. Fa-  
tebimur igitur iam id, quod sapientissimus homi-  
num assūmat: alia quidem laudanda ac probanda,

alta

alia vero sequenda esse, & amplectenda. Sic autem prius illud accipio, quasi idem de animo quoque respondisses. Nam eadem est illius quæ præstantis soli ratio, ut præcedens videatur, qui virtutem ex se se quasi fructum sponte natum proferat absque negotio ac labore. V. Non repugno. G. Iam igitur illud etiam largiris, beluarum animum aptiorem esse, & perfectiorum ad gignendam virtutem, quam sine imperio, sine doctrina, tanquam ager neq; subactus neque consitus, vniuersaque in suo genere conuenientem proferat, & ipsius naturæ vi perficiat. V. Et quæ tandem virtus est, o Grylle, cuius etiam beluae sint participes. G. Et quæ tandem, qua non longe vincant, mortalium omnium sapientissimum? Intuere primum, si placet, fortitudinem, quæ tibi tollit animos. Magnificum enim, quiddam & præclarum esse censes, si audacis atque urbium euerstoris titulo celebret: cum tamen, vir nocentissime, dolis & fraudibus, homines ad simPLICEM & generosum bellum modum assuefactos, ignaros impotitur & mendaciorum, calliditate circumuentos viceris, improbitatemq; honesto vocabulo velaris, cum virtus improbitatem nullo modo admittat. At vero belua<sup>rum</sup> certamina cum inter ipsas, tum contra vos, vides, quam sint expertia fraudis, quamq; simplicia: utq; se se propugnant, ac defendant, maxime sceleris suis viribus ac robore? idque faciunt neque coactæ legibus, neque meru actionis deseritæ militiæ: sed ipsa natura duce vinci timent, animumque infractum atque insuperabilem ad extremum usque spiritum retinent. Nec enim eas succubuisse putandum est prostratis corporibus: neque despöndent animos, sed præliis immoriuntur. Quin etiam robur & iracundia decedens e multis iamiam moribundis, se se colligens in una aliqua parte corporis, restituit, interficieni, palpitat, indignatur, donec tantum flamma quadam oleo deficiente proculs exuncta intereat. Non supplicant, non commiserant, non mouent, non deprecantur, non se se victas esse

*Fortitudo  
Vl. ijs. infra  
diofa.*

*Magnanimitas beluarum  
& libertas amor.*

confitentur. Neq; etiam seruit leoni leo, nec equus  
quo propter fortitudinem: quemadmodum ho-  
mō homini, seruitate ignauia & cognata, & quo ani-  
mō acquiescens: Quaecunq; autem feras, homines  
laqueis aut dolis subegerunt, adultas saltem: illæ  
nec cibo gustato, & sicut constantissime tolerata, ne-  
cēm sibi summa cum voluntate consenserunt. Pulli  
earum quidem & exuli per ætatem flexibilis ad-  
huc & teneri, multis adhibitis delinquentis atque  
illecebris fallacibus; per præstigias voluptatum,  
quæ contra eorum naturam sunt, tandem decepti  
ac vici, ciecurari sele patiuntur, siue id esse minari  
potius est. Feras igitur maximo esse robore animo-  
rum præditas, coquæ naturali: hominum autem

*Fæmellarū  
inter beluas  
eadem for-  
tirudo qua-  
marium.*

*Crommyo-  
nia sua.  
Sphinx.*

*Vulpes.  
Serpens.*

*Equa.*

*Penelopes  
ignania.*

audaciā præter naturam esse, vel ex illo maxime  
perspicuum est. Nam in beluarum genere, eadem  
est maris & fœminæ fortitudo, siue quid operis fa-  
ciendum, siue ea quæ procreata sunt defendēda sint.  
Nonne de Crommyonia sue audis, cui sexus fœmi-  
neus minime obstitit, quo minus Theseo plurimū  
negotii facesseret? & Sphinga illam non adeo sapi-  
entia iuuisset, ad Phycium in edito loco sedente, ac  
ænigmata & grifhos nestentem, nisi robore ac  
fortitudine Thebanis longe præstisset. Ibidem ali-  
cubi etiam de Telmessia vulpe cuius astuta celebra-  
tur improbitas audis, & in vicinia de serpente, quæ  
cum Apolline de oraculo Delphico certarit. Æthen  
autem rex vester, optimo consilio accepit a Sicyo-  
nio illo, qui cupiebat imminutis esse a militia. Quis  
enim non malit præstantem equum, Victoris que  
cupidam, quam virom ignavum? Ipse postro par-  
dales & leænas saepè vidisti, quæ fœmellæ cum sint,  
nihil de impetu & sexu & robore maribus con-  
cedunt: longe aliter quam tua vxor, quæ te foris  
militante, ipsa domi qd locum desider, hirundinib-  
us ignavior contra eos a quibus & ipsa & res fa-  
miliaris per iniuriam peritur, quamvis Lacena sit  
Quorsum igitur mulieres Caricas & Mæcidas a  
feram in medium? Nam vel ex his perspicuum ei-  
viro

Viros non a natura habere fortitudinem, siquidem illa mulieres destituuntur. Itaque vos coacti legibus, neque vltro neque volentes, sed seruili quadam consuetudine & probris & opinionibus aduentis adducti, vel impulsi potius, fortes esse meditamini, laboreisque & pericula suscipitis & sustinetis, non quod id sine horrore ac metu fiat: sed quod alia plusquam illa formidatis. Nam quemadmodum sociorum tuorum primus quisque levissimum remum occupat, non quod despiciat alium grauiorem, sed quod eum fugit & auersatur: sic qui plagam sustinet, ne vulnera accipiat, & in aciem defensionis causa descendere mauult quam ignominioso generis supplicii occidi: non is illa fortiter aggreditur, sed ab aliis trepide ignauiterque refugit. Vnde appetet, vestram fortitudinem nihil esse aliud nisi prudentem timiditatem: audaciam vero metum scientiae sociatum, qua alia per alia defugiantur. Denique si fortitudinis laudem feris praetemptam Poetarum cupitis: qui sit ut poetæ vestri, si quem, ut præclare imagines suo munere functum, in prælio celebriare volunt, summa fæcomparationes de apri, lupis atque leonibus afficerent, non autem virorum impetu leones atq; vrsos ornatiores reddere studeant? Inde illud numiculum est, quod quemadmodum veloces ventis, formosique Diis similes (ne quid omnino ad laudis amplitudinem possit adiici) esse prædicant, sic egregios bellatores cum præstantioribus censem ent esse comparandos, iis videlicet quæ per contemptum bruta vocatis animalia. In causa est autem, quod iracundia seu color atque actes seu cos est fortitudinis, cui feræ in certaminibus habenas omnes ladanum. Vester autem imperius, ratione temperatus, veluti vinum aqua insula, sic diluitur, & euaneat in periculis, nec sat nauiter instat atque vrget. At iunt etiam e vobis, qui in pugnis omnino repudiandam censeant iracundiam, ea que reiecta sobrie vigilanterque dimicandum: quos equidem salutis habere rationem non nego, verum si audaciam de-

fensioni vindictaque necessariam speces, quid absurdius? Nam qui conuenit vos naturam quasi in iudicium vocatam, ream agere, quod corporibus vestris neque stimulos addidit, neque vos dentibus armavit, neque ad unicus vnguis instruxit, cum ipsi insita animis arma reprimatis atque abiliatis?

V. Papae Grylle, quam acutus mihi sophista fuisse videris, qui nunc e rostro suillo sugruiens, institutam questionem tam egregiis argumentis confirmaris? At cur non ordine de temperantia tibi dicendum esse censuisti? G. Quo exspectabam fore, ut tu haec quæ dicta sunt, prius reprehenderes. Tu autem, ut video, de temperantia studes audire, tum quo! pudicissimæ mulieris maritus es: tum vero, quod exemplum esse continentiae te ipsum censes, ob spretum Circæ concubitum. Neque vero ista re ulli animalium, si continentiae ratio habeatur, es præferendus, quæ reliquo congressu præstantiorum, amatorias illecebras & voluptates in suo quaque genere consequentur. Nō igitur mirum est, si quem caper mulie admmodum Mendesius in Ægypto hircus cum multis & elegantibus conclusus muliereculis, abhorre lae prefert.

Mendesius genece consecrantur. Nō igitur mirum est, si, quem caper mulie admmodum Mendesius in Ægypto hircus cum multis & elegantibus conclusus muliereculis, abhorre lae prefert. ab illarum amplexibus fertur (nam capræ sunt, quarum ille aniore magis deperit) sic & tu consueta in usitatis præferens, fortis humanae memor, cum

Cornices Pe Dea in eodem dormire lecto recusas. At Penelopes nelope mo modestiam cornices innumerabiles glostiendo ri-debunt, atque despiciunt: quartum nulla est quin post coniugis obitum, nedum ad breuetempus, sed totas nouem annates hominum vidua maneat. Itaque tua Penelope a singulis cornicibus nouies vincitur. Enimvero quoniam intellexisti me sophistam esse, ordine quodam in disputando progre-diar, & temperantiae definitione constituta, & eu-

Temperan-piditatibus in genera distributis. Est igitur tem-tia definitio. perantia, modus atque ordo quidam cupidiratum,  
 " qui ut accersitas atque superuacaneas tollit: ita  
 " necessarias non ultra id quod satis est, quodq; decet,  
 " euagari patitur. Appetitionum autem immensum  
 quoddam

*Continentia  
Vtissim ele-  
matur.*

*Mendesius  
caper mulie  
ribus capel-  
lae prefert.*

*Cornices Pe  
nelope mo-  
destiores.*

*Temperan-  
tia definitio.*

quoddam esse pelagus, & non præterit. Nam cibus & potus, &c secundum naturam, & necessarii omnino sunt? At rei veneræ illicebis, et si earum initia a natura proficiuntur, tamen cum eriam sine illis non incommodè viui possit, naturales ex eo qui vero colluuius, quæ neq; naturales, neque necessariæ sunt, sed extrinsecus ab inani opinione arque neglecta & ignorantie decori honestique selecſtione affuderunt, parum abest quin veliro in genere naturales elecerit atq; exterminarit: perinde ut in rebus publicis fieri solet, cum indigenæ & ciues ab aduentum & inquinitorum multitudine opprimuntur. At peregrinis affectibus in animis beluatim nullus patet aditus, nulla consequtio datur: carumque *nasci* appetita procul ab omnibus vanis opinionibus, tantum titionib. quam a tempestuoso mari, dissipata acque remota est: *rent*: inne aliena proris a vestralla ( si Diis placet ) elegantiæ *cessariis* na- & luxuria. Temperantiam igitur, vi qua neque co- cupiditanibus violatur, constantissime retinent atq; sequuntur. tuentur, & a naturæ prescripto ac legibus non aberrant. Me quidem non minus olim, quam te nunc, aurum ita reddebat attonitum, ut nihil cum illo *Auraria* ducerem comparandum: argentum & eburio sui *humana, & vanitas.* pelliciebat amorem ac admirationem: quarum terum copius ut quisque maxime abundabat, ita maxime a me prædicabatur & beatus & Diis carus, siue ille Phryx esset, siue Car Dolone abiec̄tor, aut infelior Priamo. In eo erant omnes cupiditates meæ sitæ: adeo vi cæteratum terum, quæ multæ atque vberes erant, nullum in vita fructum perciperem: orbatusque mibi videber, ac destitutus maximis in vita bonis. Itaque ( nam memini ) *Vestis maior* at in Greta te vidissem veste splendida, cuiusmodi *admiratio,* letis in festiuitatibus vti, ornatum: neque pru- *quam ho-* tentiam admirabar, neq; virtutem tuam, sed exqui- *minia.* tam ac insolitam tunicae subtilitatem, purpurei q; pallii molliciem, inque sola pulchritudine meatem

& oculos cum stupore desigebam. Erat etiam in ipsa ex auro fibula, nescio quid ludicrum, summa (ni fallor) arte tornatum. Consectabar igitur te, muliercularum plane more attonitus. Nunc autem recietis atque expurgatis inanibus illis opinionebus, aurum & argentum perinde ut cæteros lapides, cum cōtem tu prætereo. Iænis autem tuis, molibusq; tapetib; profecto somni capiendi causa nihil libentius indormire velim, quam profundissimo & mollissimo cæno. Huiusmodi enim accessit cupiditates nullum habent in nostris animis domicilium: sed nostra vira ut plurimum necessariis & naturalibus cupiditatibus & voluptatibus acquiescit. His autem quæ non illæ quidem necessaria, sed naturales tamen sunt, neq; sine ordine, neq; citra satiæatem ingurgitamus. Et hæ quidem re-

censendæ primum erunt. Propria igitur illa, & non accessita voluptas, quæ e rebus odoratis percipitur, olfactumq; halitu mouentibus, præterquam quod vtilitatem & gratuitam & simplicem habet, etiam non nihil content ad cibos discernendos. Nam lingua dulcium & acerium & austeriorum iudex est & dicitur, quando sapores cum vi dignoscendi commixti consulique fuerint. Noster autem olfactus ante sapores, vniuersiusq; rei vim diuidans, multo que accuratius quam regii prægustatores discernens, conuenientia quidem & accommodata intro admittit, aliena vero repellit, & ne quidem attingi patitur, ne forte gustui molesta sint: sed deficit & accusat eorum vilitatem, antequam lædatur. Cætera nobis molesta non sunt, quemadmodum vobis thymiamata, & cinnamoma, & nardi & foliata, & calani Arabici: quæ præclara scilicet vnguentariorum arte mollita, & in vnum coacta, vos multo argento emungunt, cum nihil inde consequamini præter effeminatas, puellares & prorsus inutiles delicias, visoque indignas suavitates. Vnguentorum autem, tametsi hæc ratio sit, non illa tamen mulieres solum corruptit omnes, sed plurimos e viris etiam:

*Sue lutum  
tapetibus  
preferit.*

*Bruta in  
naturalibus  
cupiditatibus.  
modum ser-  
uant.*

*Odores.  
Sapores.*

*Vnguentari  
orum curio-  
santes.*

iam : adeo ut suas vxores auersentur, nisi vnguenta  
 & pastillos olentes accesserint. At apres, sues, & hir- *Procreatio-*  
*cos capræ, & reliquæ fœmellæ sui generis mares ad nis appeti-*  
 se inuitant suis propriis odoribus : redolente que *tus*.  
 purum rorem & prata, & herbas, ad suas nuptias  
 conueniunt, ob communem benevolentiam. Neq;  
 vero fœmella fastidio, fraudibus, imposturis, nega-  
 tionibus cupiditatem prætexunt atque contami-  
 nant. Mares autem cestro atque cupiditate inflam-  
 mati, non pretio laboris & seruitii, ad opus procre-  
 ationis: sed sine dolo, sine mercede, & non intem-  
 pestive accedunt. Apperitus enim rei Venereæ  
 certo anni tempore, tanquam in plantis germina, *Brutorum*  
 sicut in animantibus excitatur, & post mox extin- *nulla propo-*  
 guitur. Neq; enim fœmella concepto fecerit se iniri *steræ libido*.  
 patitur, neque mas eam solicitat ulterius. Adeo  
 parum apud nos voluptati tribuitur, naturæ autem  
 omnia. Vnde non compertum est haec tenus inter  
 pecudes, mutatis naturæ legibus prauaque inflam-  
 mante cupidine, a mare marem a fœmella fœmel-  
 lam esse appetitam. Cuiusmodi multa inter vos,  
 apud eos etiam qui singularem grauitatis & san-  
 ctimoniae speciem præse ferunt, deprehenduntur.  
 Nam omitto nihil homines : quid Agamemnon : *Agamemnon*.  
 Nonne Boeotiam peragrauit, vt Argæum se fugi *non*.  
 entem venaretur, cessationisque cauam in mare & *Argaeus*.  
 ventos falso transtulit? Deinde præclarus ille, præ-  
 clare admodum in Copeide palude sese tinxit, vt  
 amoris videlicet ardorem restinguaret, atque cupi-  
 dine liberaretur. Neque aliter Hercules, socium im- *Hercules*,  
 berbem persequens, non consecutus est Argonau- *Hylæus*.  
 tas, delectos ex omni Græcia, classemque deseruit.  
 In tholo autem Præ Apollinis vestrum aliquis (qui  
 haud dubie fructum aliquem Achilleæ formæ tu-  
 lerat, inscripsit, Formosus Achilles: cum is iam *Achilles*,  
 filium haberet. Eam inscriptionem adhuc extare  
 audio. At si gallus gallum, penuria gallinarum con *Gallus gal-*  
 scenderit: viuus exuritur. Id enim augur nescio *linaceus*.  
 quis, dirum omen atque portentum esse dixit. Atq;

ita homines ipsi consitentur, temperantiam pecudibus magis esse familiarem, neque illas studio voluptatum vim facere naturae. Vestras autem effrenaras libidines, ne lege quidem adiutrice, natura intra limites cohibet, quo minus tanquam torquentem quodam incitatæ cupiditates frequenter eruant

**Monstra ex atque proturbent omnia, & ius naturæ abuso rei peruersa li- venereæ sanctissimum violent. Etenim & vii con- bidine orta. gressi sunt cum capris, suis & equabus: & mulieres, maribus brutis insano furore se prostituerunt. Nā ex istiusmodi nuptiis Minotauri illi vestri sunt, & Aegipanes. Inde etiam, vt ego quidem opinor, & Sphinges & Centauri existiterūt. Enim uero fame adigente, canis interdum hominem deuorat, degustat volueris. At coire cum homine nulla vñquam bestia conata est: multas quidem bestias hominum lasciuia præter ius & fas ad talia perpetiæda coagit. Qui cum in istiusmodi rebus ita futilis & nequam sint, planeque nihil imperare sibi possint: multo magis in necessariis cupiditatibus longo interuallo superantur. Sunt autem illæ, cibi potuq; appetitio: quorum suavitatem nos nunquam, nisi cum necesse est, fruimur. Vos autem qui voluptatis ea in re quam naturalis vñsus studiosiores estis iusto iudicio.**

multis & grauibus morbis poenas datis: qui omnes tanquam vno ex fonte ex repletione & crapula scaturientes, corpora variis & impuris humoribus inundant. Nam primum omnium vnicuique generi animantium, vnum quoddam cibi genus assigнатum est, veluti tribus quædam: aliis herbæ, radices aliis, nonnullis etiam fruges. Quæ vero carniuoræ sunt, ex ad nullum aliud pastionis genus sele conuertunt, neque infirmiores eo defraudant: sed & leo ceruum, & ouem lupus non impedit, quo-

**Homo feras minus, vt eorum natura fert, pascantur. Homo omnes san- autem, vt est gula & studio voluptatum præcepis, guinaria crudelitate nihil non tentat, nihil non degustat, perinde ac si cibum sibi proprium & congruentem nondum cognoscisset: solus omnium, omni ciborum genere**

ventrem

**Hominum  
in viatu lu-  
xuria, mor-  
bi castiga-  
tur.**

**Homo feras  
omnes san-  
guinaria  
crudelitate  
vincit.**

ventrem indomitum distendit. Nam & carnibus  
vititur, non quod necessitas aut penuria cogat ( sup-  
petunt enim semper pro anni temporibus, vel ex  
arboribus vel seminibus, quæ colligat, quæ accipiat,  
quæ decerpit, tantaque illarum rerum copia est, ut  
nullo sit labore fere opus, valetudoque curari opti-  
me possit ) sed quod delitiae rerumque necessaria-  
rum fastidium, etiam cum scelere cibos a natura sua  
abhorrentes aggrediantur, & laniatu pecudum sese  
polluat, qua in re homo ferarum atrocitatem longe  
crudelitatem superat. Nam sanguine, cæde, carnibus,  
milii, lupi, dracones vicitant, homines deliciantur.  
Deinde homo omni genere animantium vititur,  
non vt feræ plurimis abstinet, cum paucisue, vt illæ,  
ob vietus necessitatem bellum gerit: sed neque  
volveto, neque natatile ( vt in vniuersum dicam )  
neque terrestre mites illas vestras ( si diis placet ) at-  
que hospitales mensas effugere potest. Verum illud  
fortassis præclarum esse ducitis, quod singulari arti-  
ficio cibos conditis & paratis: id quod negatū nobis  
sit. Atqui, Vlysses, beluarum prudentia, inutilium  
& inaniū artium nullum ulli relinquit locum.  
necessarias autē, non aliunde accessitas, nō mercede  
edoctas, non meditatione glutinatas, non specula-  
tionibus inter se tenaciter compactatas, sed ipsa ex  
sese velut familiares & insitas ac nativas profert. *Prudentia*  
Nam Ægyptios quidem omnes audimus esse me-  
brutorum.  
*Vide huic*  
dicos: ex genere autem animantium singula non  
medicinæ tantum in se artem habent, sed & ad pa-  
auctoris li-  
stum quærēdum instructa sunt, & ad fortitudinem, bellū, utra  
& ad venationem, & custodiā sui, & ad musicam, animalia  
quatenus vniuersiisque natura capax est. Vnde prudentiora  
enim nos ( porcus intellige, quod hic sophista porc⁹ fint: terre-  
est⁹ didicim⁹ in morbis, cancerorum gratia, ad fluui-  
os accedere? Quis testudines docuit, vt si de vipera aquatilia?  
ederint, organum attordant? Quis Creticis capris  
monstrauit, si sagittis icte fuerint, vt dictamno ar-  
xoso cui pides telorum eiiciant? Nam si id quod ve-  
rum est, confiteri volueris, doctricem harum rerum  
*Natura ap-*  
*te prestatæ,*  
*tiger,*

& magistrum naturam esse: prudentiam beluarum ad principium suumque auctoritatis & sapientiae reuocabis. Quam si prudentiam aut montem vocandam esse non censueris, iam dispiciendum erit, ut tanto honestiore & magnificoerio nomine appelleatur, quanto eius vis re ipsa maior, pulchrior & admirabilior eluet. Non illa quidem indocta aut inerudita: sed a seipso docta, & nullius indiga, longum valere iubens, non ob infirmitatem, sed ob robur & perfectionem naturalis virtutis, emendicatam ab aliis per disciplinam sapiendi sive possum. Jam quibus in rebus animalia per delicias aut ludum ab hominibus ad discendum & meditandum ducuntur, illas ipsas res, quamvis naturae corporis repugnantes, tamen quadam vertitate ingenii perdiscunt. Non enim dico iam de catulis, qui ad feras inuestigandas assuefiunt, & pullos equinos ad saltandum: sed & corvi loqui discunt, & canes per circos agitatos transsilunt. Equi autem & boues in theatris mirabilem in modum & recumbunt & saltant, & stant & mouentur: eaque discunt & memorierunt, quae ne homines quidem sine singulari studio & labore prestare possunt. Et si autem talium rerum nulla prorsus utilitas est: docilitatis tamen & solertia sunt argumentum euidentissimum. Quod si persuaderi tibi non potest, nos discere artes audi iam ut eas etiam doceamus. Nam & perditces in profugiendo pullos docent occultare se, & glebam oblitice pro se pedibus, in tergum resupinatos. Ciconias iuniores in testis vides, ut adulteræ conantes subuolare adiuuent & quasi volatus premonstratrices sint. Lusciniæ pullos ad cantum instituunt, qui si minores, capti, & ab hominibus nutriti fuerint, deterius canunt, tanquam intempestive ludum egressi. In hoc itaque corpus ingressus, Ut homines, miror rationes illas, quibus mihi sophistæ persuaserit etiam be debant, omnes animantes, uno homine excepto, stias, alii rationis & mentis expertes esse. V. Nunc vero, aliae acutis Grylle, tu aliter sentis? & cum oues, tum asinores effe. participes

participes esse rationis assertis? G. Iste ipsis igitur, optime Vlysses, colligendum est, beluaum naturam rationis & intelligentiae non expertem esse. Nam quemadmodum arbor una non est magis aut minus inanimata quam alia ( omnes enim pariter sensu carent ) sic ne animalium quidem aliud alio hebetius & tardius videretur , nisi omnia simul ratione atque intelligentia praedita essent , sic tamen, ut illa in aliis illustrior, in aliis obscurior conspicatur. Illud nam cogitandum est, quorundam simplicitatem & stoliditatem , aliorum calliditate & acrimonia deprehendi. nihil scius, si cum vulpecula, lupo & ape, asinum & ouem conferas, quam si Polyphemum tecum, aut cum Autolyco auro tuo Corinthium illum Hómerum. Nec enim censeo Dei notitia tantum inter beluam interesse, quantum homo ab eludit por homine, ingenii, cogitationis & memorie vi supercuae. ratur. V. Atqui vide Grylle, ne sit nefas & violentum, rationem iis tribuere , quibus notitia Dei nulla insita est. G. Proinde non dicemus, o Vlysses, te cum tanta tamque immodica sapientia sis praeditus, Si syphum parentem habuisse.

*Vixum est, propter argumenti similitudinem  
ad dicere locum Théodori Gazæ, expressio-  
nem in historiam Animæ  
suum.*

**A**T vero in contemplandis animalium moribus exempla suppetunt omnium officiorum, & effigies offeruntur virtutum, summa cum auctoritate naturæ omnium parentis, non simulatae, non commentitiae, non inconstantes & labiles: sed vere ingenuæ atque perpetuæ. Quis enim tam peruersa natura hodiis sui generis est, quin emendetur & mitigetur, cum nullum animal occidi a sui generis bestiis videatur? Quis tam in parentes impius, ne cum eiconiz anis aut meropis pietatem erga parentes intelligat, plentior efficiatur? Quis adeo inhu-

manus, illiberalisque est, quem ossifragæ benignitas in pullos aquilæ non faciat benignorem? Quis tam piger, iners & segnis est, quin excitetur ad vitæ munera, cum formicarum aut apum labores atque industriam intuetur? Quem non pudeat per metum peccare, cum non solum leonis animum inuitetum cogitat, sed etiam reguli auiculæ, quæ cum aquila pugnat, certatque de imperio? Quis principem bonum non colat atque obseruet, cum, si rex apum in itinere aberrauerit, omnes eum inquirent, odoratuque sagaci persequi, donec inuenient, cognitum habeant: gestari etiam regem a plebe, cum volare non potest: & si perierit, omnes discedent? Nunquid parum exempli ad boni principis siue desiderium, siue obseruantiam datur? Quis princeps non ad clemētiam facile inuitetur, cum reges apum armari quidem aculeo, sed eo nunquam vi intelligat? Quæ fides, quis amor in canibus? Quanta in elephantis mansuetudo? Quæ in ansere verecundia? Quantum studiū ornatus ac polituræ in pauonē? Quanta opera vocis amœnæ, suavisque in luscinia? Quid de iustitia apum dicam, quæ colligunt quidem ex iis, quibus aliquid dulcedinis inest, sed sine vlo fructuum detrimento? Quid de castitate elephanti, qui quam impleuerit eoitu, eam rutsus non tangit? Aut columbae, quæ neque coire cum pluribus patitur, neque coniugium iam inde a primo ortu initum deserit, nisi vidua, aut cœlebs? Disciplina autem & eruditio elephanti, quem non faciat studiosorem? Omnino nulla pars vitæ humanae est, quæ non suorum officiorum exempla commodissime hinc accipiat. Nam, ut omittā artes illiberales, quæ & ipse ingenis animalium non parum iiquantur, valetudinis exempla quæso vnde commodius peti quam ex animalibus possint? Loca pro tempore conditione solent illa mutares: non plus edunt aut bibunt, quam sibi salubre sit: non diutius dormiunt, quam ratio valetudinis postulat: modum mouendi, quiescendi que seruant: nouit sua quodq;

medicamer

medicamenta: viuit sua quodq; sorte contentum,  
et gaudet. Hæc lateq; medicis præcipiuntur. At ve-  
to exempla, in quibus vis maior quam in præceptis  
est, ab animalibus certiora praebentur.

Finis II. Tomi Epideti.

Hieronymus Wolthus Lectori S.

**Q**uia Graci cognatarum rerum vocabulis abun-  
dant & in iis subtiliter distinguendis nonnunquam  
elaborat: in eas interpres angustias, propter Latini ser-  
monis egestatem (quam, ut Cicero ambitione negat, sic  
Horatius ingenio agnoscat) sape rediguntur, ut quo se  
vertat, ignorentur. Neq; enim totidem verba suspecta, &  
crebra & circuitiones permolesta, neq; saevis propriæ sunt,  
& quicquā præterire nefas ducuntur. Quod idem cū in  
hoc Opere mihi accidisset, ea cōverti que potui: que nō  
potui, Graca reliqui. Quia quia per pauca sunt, ut ipsa  
et op̄is, quæ Cicero appetitum & appetitionē uno vo-  
cabulo appellat: ut app̄t̄s & cōcip̄s, & verba, unde  
nomina ducta sunt, ut cōcip̄s & cōcip̄s, & p̄cip̄s &  
app̄t̄s, & id genus alia nōnulla: huius mei facti veniā  
a lectorē impetrata velim, præsertime cū arguta magis  
illa distinctione quām necessaria videantur. Iam quia  
cōcip̄s & alia Platonica, itemq; ratiōnēs &  
dōmīnīs, & nescio qua alia monstrā vocabulorū huic  
opere inseruntur: aut obmutescendū mihi fuit, aut licen-  
tia Gracorū verborum vel contra Latini sermonis con-  
fuetudinē imitanda. De mendis Graci codici hic nihil  
dico, quod de iis in Annotationib. cuiusq; capitil conie-  
cturas nostras, ut & quo pacto ea voces quas Grace in-  
serimus, explicari queant, exposuimus, liberum eniq;  
suum iudicium talinquentes. Audendum certe sapo  
fuit, aut præclarum hoc & lectū dignissimum opus ab-  
scindendum. Quod quantum ante ea Grace Latinęq; fine-  
rit edatum: tamen vel quia distracti libri omnes sunt,  
vel quod noster quoq; labor studioſis hominibus profu-  
trus esse videbatur, neq; vlla me difficultates, neque  
calumnia inuidorum (quaui multiplices & peracerbas  
fore prouideo) a diuanda re literaria deterthuerunt.  
Vos recandide lector præmonitum volui,

# ANNOTATIONES IN PROOEMIVM SIMPLICII.

**K**AL' M̄S AVT̄ REΛΔ-  
T̄S.] Cum in Arri-  
ani Ep̄ctero, qui tertius  
huius nostri Operis to-  
mūs erit, nudæ tantum  
disputationes & præce-  
puones describantur, de  
vita vero & obitu Ep̄cteti  
fere nihil contine-  
atur: illud Attiani opus  
Masgaleno cuidam, aut  
Meſſalino fortassis dedi-  
catum, cuius Simplicius  
hic meiminit intercidisse  
existimo. Id enim Opus  
quod adhuc exstat, & a  
nobis olim conuersum,  
nunc demum edetur,  
non Meſſalino, sed Lu-  
cio Gellio cuidā, ab ipso  
Attiano dedicatur.

**περιουσίαν.**] Oppor-  
tunissima; ea quæ ma-  
xime ad rem faciunt.  
Posset etiam legi κυρεά-  
men, principalia, præci-  
pua.

**πολὺ 3 πραγμάτων.**] Multum efficaciz &  
cerimoniæ habet. Lector  
crebris interrogationib.  
veluti stimulis quibus-  
dam excitatur & vrge-  
tur ad confessionem.

Frequentes sunt ἀνθρό-  
ποι & subiectiones tum  
ipsius Enchiridii, tum  
quatuor Attiani librorū,  
quos in tertium & po-  
strenum tomum reie-  
cimus. In quibus distin-  
guendis quia negligent-  
issimi fuerunt Græci  
librarii: lapsus in procli-  
ui est, eq̄; venia parati-  
or interpreti esse debet.

**περιουσίαν.**] **περιου-  
σίαν** est reus, is cui ra-  
tiones referendæ sunt.  
**δικαιοίς** & **δικαιός** vi-  
tata sunt, sed **περιουσίαν**  
me alibi legere non me-  
mini. Fortassis **περιουσίαν**,  
corrigetur. Aut si  
**περιουσίαν** rectum est,  
minatur suppliciū con-  
tumacibus. Causam(in-  
quit) diecrapud inferos.  
Apparet enim Simplici-  
um fuisse Pythagori-  
cum, atq; πέμπτη ψύ-  
χον, ac possum πέμ-  
πτη ψύχον probasse: ut  
qui & initio huius Ope-  
ris, & sub fine, animo  
æternitatem, & præmia  
arque supplicia possit obi-  
tum statuerit.

χρημάτων, τὸν ἐπίμετρον  
χρημάτων ἡ θέση τοῦτο. ] Vno  
codice per quam deprauato  
sum usus, Venetiis apud Sa-  
bianos 1528 edito. Quare se-  
pe diuinare cogor, neq; scri-  
pturā alicubi sequi possum.  
Operam autem dedi, quan-  
tū scie potuit, ne conjecture  
meas vel a ratione Gram-  
matica, vel a sensu auctoris  
aberrarent. Lego igitur hic,  
ὅς ἐπίμετρος, vel τὸν τοῦ επί-  
μετρού χρημάτων ὡς ἀρχαῖη, ἡ διά-  
τοιο : cui homini propter  
hoc instrumentum, corpus  
scilicet.

τὸν λογικὸν ἀλιστόν αὐ-  
τὸν ἐπίμετρον. Ἐπὶ τοῦ ἀλ-  
ιστοῦ παῖδες. ] Lego τὸν λογι-  
κὸν ἀλιστόν, ἀπότοι τὸν τοῦ π-  
επίμετρον παιδὸν ἀλιστὸν πα-  
ῖδες.

παιδὸν τὸν ἀκείνων κείσιον. ] Leg-  
o χρῆσις, usum alienarum  
rerum ad proprium bonum  
esse referendum: hoc est, cu-  
randum ut menti seruant.  
Verba sic ordinanda sunt, καὶ  
τὸν χρῆσιν ἐπὶ τῶν ἀκείνων αἰν-  
θρίους, scilicet τὸν λογικὸν  
ψυχὴν σὺν τῷ σικεῖον ἀρχαῖον.  
Animus rationis particeps  
atenuis ceteris rebus vtitur,  
quatenus virtuti seruant.  
Si quis κείσιον mauult, non  
obito. Sed illud videtur me-  
lius.

Μεμαρτυρίων. ] μερίζω di-

citur, non μερίων, quod sciā.  
Legendum igitur aut μεμ-  
αρτυρίων, distincte: aut, quod  
malim, μεμαρτυρίων, mode-  
rate, certo modo.

τὸν πιθαρίων καὶ ἀρχαῖο-  
μερίων παῖδες ρίδησι. ] Eos qui-  
bus hæc persuadentur esse  
vera, & qui præcepta exse-  
quuntur. Cum hi oronibus  
seculis paucissimi aut nulli  
( Christianos martyres di-  
uina constantia præditos  
excipio) fuerint: paucissimi  
aut nulli erunt calamitatis  
omnis expertes & beati.

Διηγήσομεν τὸν. ] Legendum  
τὸν επιτύχιον.

χρεσίαν ἔχει τὸν ἄστον αὐ-  
τοῦ. ] Malim αὐτοῦ, vel αὐτοῦ,  
naturam suam habet sepa-  
rabilem. Sed si αὐτοῦ legis,  
sic ordinabis verba: ἡ λογικὴ  
Ψυχὴ ἔχει τὸν ἄστον χρεσίαν  
αὐτοῦ, scilicet ἐπίμετρον καὶ  
τὸν ἀλιστὸν παῖδες. Mensis ea  
natura est, quæ a corpore &  
brutis affectibus separatur.  
hoc est: Aliud quiddam est  
mens, aliud corpus: aliud  
testa, aliud cochlea quam  
testa continet.

Διπλαμένην, τὸν σικεῖον. ]  
Lego, καὶ τὸ σικεῖον. Et paulo  
post, ἵνα.

Ἐπὶ τοῦ ἀλιστοῦ τὸν καθηρη-  
κοῦς. ] Lego, ut & sententia  
& constructio postulat, ἡ τ'  
αὐτοῦ. Facit quatuor vitæ ge-

nera, quarum a postremo  
nos, quam plane repudiat  
(quasi recte, ipse viderit)  
ordinetur. Primum genus  
est eorum, qui se ex animo  
& corpore constare putant,  
& corpus non minimam suj-  
partem iudicant, & eius  
commodis atque necessita-  
tibus seruiuntur. Excedunt illi  
fortasse modum in ea re, &  
corp' magis quam animū,  
ac ne ipsum quidem corpus  
recte curant, atque in stirpes  
& pecudes degenerant. Sint  
hi sane virtuosi, nec idonei  
Stoica doctrina auditores.  
Sed hi tamen ii sunt, qui  
quacunque de causa (ideo  
scilicet quod est sua id esse  
putant) current, ut & Epictetus  
& Simplicius habeant  
quod edant, quod bibant,  
quo vestiantur, quo a tem-  
pestatum iniuriis regantur.  
Imo id quoque curant, ne  
desit carta, calamus, atramen-  
tum, sine quibus magnifica  
ista dicta literis mandari, &  
ad nostram ætatem propa-  
gari minime potuissent. Sic  
ergo hæc sex infima plebis.  
Sed tamen sine huius opera  
nec ipse Epictetus, quamuis  
Iro pauperior, vixit. Ficti-  
lem enim illam lucernam,  
de qua tertio huius operis  
Tomo agitur, a figulo emit.  
Obolum, quo illam emit,

procedit monetarius: dedit  
autem Epaphroditus herus,  
aut auditor atque amicus  
aliquis, aut labore manuum  
ipse quæsiuit Epictetus. Ita-  
que louis ille filius, non  
modo compotor, sed & con-  
fessor dorum immortalium,  
fodit agrum, irrigauit hor-  
tum, descripsit Chrysippili-  
bellos, aut alia fecit. Cur?  
Ut haberet obolum, unde  
non restum; sed lucernam  
emeret: eamque fictilem,  
quo minus esset periculi a  
furibus, qui ianuam clausam  
fortasse non effregis-  
sent, sed apertam ideo esse  
crediderunt, ut emibet eius  
domunculæ opibus suo ar-  
bitratu frui liceret. Disputat  
alibi, pituitam boni esse  
consilendam, quod manus  
præsto sint quibus absterga-  
tur: cur non furibus etiam  
fores opposuit, ne ingredie-  
rentur? Aut si candelabrum  
nihili fecit: cur annis fere  
1500 post, nobilis ille philo-  
sophici candelabri fur, & eius  
quidem ferrei, nec inelegan-  
tis, celebratur? Sed hæc  
enim infimo generi huminū  
(sic quod nomen operis Toto  
adspicitur) vt cunque patro-  
cinari visum est. Eius enim  
hæc non ad vulgi contem-  
num, sed ad studiosos admonen-  
tados & docendos perti-  
nent:

nent: tamen quia plerunq;  
fit, vt adolescentes falsa eru-  
ditionis & virtutis opinione  
inflati, homines indoctos  
& contemniant, & odiose  
insectentur: non inutile  
duxii, hæc afferre in mediū.  
Alterum genus eorum esse  
dicit, qui corpore vtantur  
vt instrumento. Animus  
faber est. Is sua causa facit  
omnia: malleū & incudem  
sua causa curat, dum & qua-  
ten⁹ eis est opus. Tertii sunt  
*oi ηραπλεως ζωντος*, qui (vt  
opinor) animum ab inscitie  
& vitiiorum sordibus repur-  
gare studēt: qui, an corporis  
instrumentū prorsus neglig-  
ant, affirmare nō possum.  
Postremi sunt *oi ηρωηλιγι*,  
vni contemplationi dediti.  
Sed hi an vt cicadæ rore pa-  
scantur, ignoro. breui certe  
perituros existimo, nisi aut  
ipſi labore suo quæsierint  
quo alantur, aut opera insi-  
mæ fecis hominum susten-  
tentur. Ad hæc vitæ genera  
rectius intelligenda, pauca  
libet ex Angeli Politiani E-  
picteti defensione ascribere.  
Triplex (inquit) apud Pla-  
tonem virtutum est gradus.  
Sunt enim supremæ omni-  
um, quas vocant exempla-  
res: quales in sapiente re-  
quirimus, in Deo statuim⁹.  
Quæ sequuntur, purgati

animi dicuntur: quales in  
eo esse philosopho volu-  
mus, qui se ab omni corpo-  
ris labore contagioneq; auo-  
carit. Vnde & in Protagora  
Plato idem, cuius mihi dul-  
cissimum in ore versatur  
nomen, emoriendum ei  
esse dicit, qui sit philoso-  
phus euasurus. Tertium est  
virtutum genus, quas pur-  
gatorias vocant: quales in-  
continentे esse statuimus,  
negamus in temperante.  
Has sibi virtutes is iure vin-  
dicet, qui rationis partici-  
pem animum vere homi-  
nem esse sibi persuaserit,  
qui que neque corpus ani-  
mæ esse partem iudicet,  
neque ad hominem perfici-  
endum concurrere ipsum  
arbitretur: sed eo quasi in-  
strumento vtendum, ani-  
mum induxit. Nam qui  
aut paria aut superiora cor-  
pori tribuat: cum non magis  
esse hominem putandū  
est, quam bruta illa, quæ  
vocemus animantia: quæ  
natura (vt egregie Salustius  
inquit) prona ac ventri obe-  
dientia finxit. Animi  
ergo (vt idem inquit) impe-  
rio corporis seruitio magis  
vtimur: vt quo vno a beluis  
differamus, quoque vno  
substantia constet hominis,  
id nobis liberum seruemus.

Corporē autem ipso non quidem ut parte aliqua animo adiuncta, sed ut instrumento utamur. Hunc Epictetus hominem instituendū accepit. Neq; enim vel ille sapiens his p̄ceptis indigebat, qui se iam pridem in libertatem vindicauit,

*Quicq; metus omnis, & inexorabile fatum.  
Subiectis pedibus, strepitūq;  
Acherontis auari.*

Neque cuſū eo sibi esse negotium putat, qui a sua tantopere natura degenerauit, ut sit in brutorum numerū referendus.

*ὅλως εἴρη βέλτιον κριτήσων: Οὐνίνοεστί vult prestantiorum.] εἰχεῖτον hic videntur intelligendi dīi: vt sit sententia, τοιούτην διuinam vitam æmulari & totum pendere a numine. Malim δὲ hoc est, & animo & corpore.*

*Ιαυτῆς τομήσοντος. ] Lego οὐδεὶς.*

*επιθυμίᾳ δρός αἰνιγγοθεῖαι. ] Sed quomodo nobilitas illa amissa sit, non explicat. Videtur & Isocrates naturæ humanæ corruptiōnem intellexisse: quum extrema parēnesi scribit: μόδις γάλης εἰν τούτης της ἀπομεί-*

*ας τοιούτης φύσιος ἀμερτίας ἀπικεπτίσεντον.*

*απεδίζει τοῦ iαυτοῦ.] Legō κατέτια.*

*Ἐ τούτοις μέρεσσιν περιθράφει. ] Α σωτειρομογι, vna intento. Sed forte legēdūm σωτηρίας, coniuncto quasi in eadem acie collocato.*

*οἱ λέγοι μητέποτε. ] Aut πέπτωσι tendunt, inclinant: aut πεπτώσι, impellunt.*

*χειρόσων π. ] Legē χειρο-*

*σεν. εἰς τοιούτους λαμβανόντος.] For-*

*taſſis οὐ. λαβὴν, εἰς την εὐργείαν. ] Ab actione seu efficacia. Malim εὐργείας, ab euidentia: hoc est, iis rebus quæ sub sensu cadūt. Sed iam omissis verbis, ad rem ipsam veniamus, & quid virium habeant siue Platonicæ siue Socratiæ istæ rationes de artifice & instrumento, videamus. Ac Platoni quidem & Socrati, Epicteto item & Simplicio, ceterisque philosophis sua, per me quidem, constet, & constabit, ut debet, auctoritas. Nobis autem quasi quidam ingenii lusus, quamvis in re seria, concedatur: & is quidem exemplo Platonis, qui nisi lusisset toties, nunquam tot absurdis opinonibus occasionem præbuīset. Sic igitur sere ja Alci-*

biadę

biade priore disputat Platonis Socrates, quem sibi multa falso tribuisse, ipse aliquando lectis eius Dialogis exclamasse fertur. Diuersa sunt, quorum diuersa munera sunt, atque effectus, & diuersis appellanda nominibus. Nam quia ignis vrit, aqua humectat, candor visum diffundit, nigredo contrahit, sanitas vires & formam tuetur, morbus destruit: eadem esse qui possunt? iam vero animi & corporis quā diuersa officia, & fere contraria reperiuntur? Animus sentit, vivit, viget: corpus stupet, torpet, mortuum iacet. Animi imperium est, seruitum corporis: animus artifex est, corpus instrumentum: animus hospitem representat, corpus domicilium: animus est qui hominem faciat, ac pene dixerim Deum: corpus si non stirpem, at pecudem. Corpus per se immobile, animi arbitratu agitur. Et hæc non confingi pro nostra libidine, sed ab ipsa rerū natura sponte proponi, atque adeo palpanda manibus, quis est qui hominem viventem & aduosum, contraq; defuncti, cadaver intuens, negare audeat? Quod autē arthritici, mutilati, vincti, debilitati,

corpus vt volunt mouere loco non possunt, aduentiam id habet causam: aut ab externa vi, aut a prauis & deficientibus humoribus, aut ob inopia nativi caloris ortam, non a natura constitutā. Nec id aliud est, quam si debilis faber prægrandem malleum aut clavis affixum tollere nequeat, quem solutū alius, & viribus præditus, facile tolleret.

*Quæ* cum ita sint, aliud esse corpus, aliud animum, est statuendum, & animo deberi hominis appellacionem, tanta præstatio ornato. οὐ γάρ ιστι ἀνθρώπος τὸ ὄφελόν πορεύεσθαι, vt alio loco ait Plato. Nec enim ipse homo: sed hominis siue domicilium, siue sepulcrum, siue vestis & quasi concha incurrit in oculos. Plausibiliter hæc, & magnifice, nec sine probabili specie dici videntur iis, qui quis dicat potius, quam quid dicatur, & quam vere, considerant. Mens fabro, corpus malleo, alterius instrumento comparatur. Sed quæ ista similitudo est, si propriū intuere, nec in uno, quod consentire videtur hæreas: sed complura quæ dissentient, ob oculos ponas? Nam malleus quidem a fabro sine dolore & muti-

latione abiici vel in ardentem fornacem potest: manus pars instrumenti humani, nec sine mutilatione corporis, nec absque animi dolore secari & vri potest. Est enim longe arctior & interior corporis cum animo coniunctio & necessitudo quam fabri & mallei. Sed haec est fortassis plebeii hominis ratio: illa vero num philosophi est, eadem immortalitatis dignitate pecudum animas donare, qua hominum? quum & illae motum ac vitam suis corporibus afferant: & nonnullae hominis imperium veritatem, suos reprimant impetus & cupiditates? An vero menti & rationi tantum dominatus iste est ascribendus? Deinde si corpus ab homine separaris, homo ne erit soluta & libera mens: an genius quidam, & numen? Num mens ea quae agit, extra corpus agit, & sine sensu & adiumento corporis? Nullae sunt in ratiocinando cerebri partes? Nullae cordis & sanguinis in affectibus functiones? Non ea corporis & animi copulatio est, vt anticipi sepe victoria de imperio decenter, vt verumque afficiat alterum, modo

vincat, modo vincatur? Iam quo quisque melior est artifex, an non eo diligenterius instrumenta sua curat? Secare cultri vesus est, sectio artificis utilitas. Qui vt acutiorum habeat cultrum, & cote opus est, & theca ubi recondatur. Sic, vt animus valeat, valere corpus est opus: vt corpus valeat, victu & cultu salubri, ad quem parandum dei de genitrix. Omnino pluribus rebus fragilitati humanae vel ad mediocrem felicitatis umbram est opus. Quade re olim, quum in Aristotelis Ethicis disputacionem de felicitate, primum legerem, paucos versiculos lusi, quos ascribere visum est:

οὐκέτι οὐδὲς, βίος αὐτάρκεια, φρόνησις αὐτλασμοὶ περιθύει τὸ ποῦδες πεποιητε δίαιτα. οἰρώπι, οὐδὲς οὐδὲς, αὐτήρετος· οὐδὲ περιέποτος, οὐδὲ ποτέ στολέτη, γεράμερασι τὸ πεποιητε μή πλευρόπλετος, τὸν ἵππον τὸ πελεοτέ δηράσσω δρέπας οὐδὲ πανταχοὶ. Qui valet inter opes modicas, cum coniuge dulci, Pignoribusq[ue] probis, in similius bonis.

*Inter amicitias firmas & cō-  
moda pacis,  
Et sine flagitiis, & pietatis  
amans.*

*Hic, nisi fallor, erit felix, mo-  
dice, beatus:*

*Quod probat eximius do-  
ctor Aristoteles.*

Num igitur multitudo male facit, quod fundos & redditus suos curat? quod valetudini dat operam? quod suis consulit vel ad posteritatem? Non opinor. Sed in eo peccat, quod nimis magnum studium multamque operam in hoc confert, nec a malis interum artibus abhorret, neglecta fore mente, quæ vt non sola hominem absoluat (labescunt enim profecto istæ siue *ἀριθμίαι*, siue hyperbolæ) at hominis præcipua pars est, & quidem talis, in qua felicitas & summum in terris bonum magna ex parte collocetur. Verum esse hoc vel absque subtilibus rationibꝫ, quotidiana exempla docere possunt. Quis enim non videt, suauius & beatius vivere non doctos modo homines, re tenui & otio literato fluentes: sed etiam opifices & agricultores plerosque, sua sorte contentos, naturamque sequentes ducem: quam eos qui in sum-

ma potentia, copiis rerum omnium, & deliciis ac voluptatibus circumfluentes, nisi cœlum & terra illorum, moribus & cupiditatibus inservierint, cœlum terræ (si possent) miscerent, infinita & inexplabilia auditatis siti æstuantes? quam vt restinguant, vi, dolo, ferro, veneno, omni scelere grastri, & (vt poeta ait)

*Flebile sine que unsuperos,*

*Acheronta mouere*  
non dubitant. Quid tali animo miseri? & sceleratius? Quid ea mente melius & beatius, quæ Deo & naturæ patere studet? Ad quod studium, si a nimia corporis & rei familiaris cura homines reuocare philosophi conantur, & in iis extenuandis, quæ plerique supra veritatem exaggeramus, modum excedunt, animique viribus nimium tribuunt: probanda est eorum voluntas, & boni consulenda orationis insolentia, lectorum utilitati seruiens. *ἀτά-  
θασ* illi postulant: ab iniquis philosophiæ licitatoribus *περιστράθειν* ægre impetraturi: rerum externarum contemtum exigūt, vix id consequuturi, vt intra naturæ limites iis appendendis resistamus. Illud

certe constat, suo quemque malo præcepta hæc contemturum: maximo suo commodo, quoad potuerit & licuerit, sequutum. Constat & illud, in eo vehementer abeasisse a scopo philosophos, quod solidam felicitatem in terris & hac caduca vita quaesuerūt: quæ omnis ex celo petenda est, ut vnicū diuinæ liberalitatis munus: nec vlla hominis industria, in hac animorum caligine & infirmitate, parabilis. Sed hæc haec tenus.

## ANNOTATIONES,

*Ad Cap. I. Pag 7.*

**E**Φ' ιμεν εἰστα τις. ] In nobis illa esse dicit, quorum domini sumus, & quorum potestatem habemus. Hæc enim in unoquoq; esse dicimus, quæ non ab alio habet, quæque ab alio impediti nequeunt. Sic verba simplici se habent, quæ non annumeranda censui, quod Græcum loquendi modum tantum declarant, quid nō iφ' ιμιν significet. Dicunt & Latini, Quātum in me erit: pro, quantum potero. Non solum tamen dicere, hæc res in me est: pro, in potestate mea, vel, arbitrii mei est. Ciceron dicit, aliquid situm esse in aliquo, aliquid esse in po-

testate alicuius, potestatem alicuius rei in aliquo esse sitam, in alicuius potestate situm esse aliquid, &c. Aristoteles τοις αρχαιοῖς definit ἵκεσσον αὐτοῖς πάθη, τοῦ ιφ' ιμεν παραπόνω: & βαλλούσκω ὄργην τοῦ ιφ' ιμεν, voluntarium aliquid antegressa deliberatione, de reb. agendis, quæ in nostra potestate sitæ sunt, & appetitionem rerū quæ in nobis sitæ sunt cum deliberatione.

Εὖτε Εἰπεντε, ] Legō, τοῦτο γέ.

εἴδο διωντὸς ιξω κινεῖσθαι τὴν αὔρην. ] Non potest foras moueri voluntas. Non satis assequor quid sibi velit. Nam si dicit voluntatem extra corpus non prominere ita, ut cochlea extra testam prominet: quis nescit? nam alioqui cerneretur. Propendere tamen voluntatem, & quasi cōiungi cum re extra se posita, animaduertimus.

η αἴροντος αύτην. ] Malim αὐτή, non hæc, sed ipsa.

ηγένετος αἴρεται τοῦτο. ] Videatur prius membrum omisum, cuiusmodi fuerit: ηγένετο αἴρεται τοῦτο. Siue id ipsis in mentem venierit, siue ab aliis acceptum fuerit.

διεκατέρηθεν. ] Fortasse διεκατέρηθεν.

ξέσυρθι γε ὄντες, emphasis est in verbo δέξαζεν, quo significat, hominem non dare sine mente sonum, sed quid loquatur intelligere. Consulter hic locus est, & mendi suspicione non vacat. Quare lector interpreti veniam dabis. τὸν οὐτούτον ἀπό τοῦ προτελείου μη καλῶς ἐπει τολμᾷ, inquit Sophocles. Sic corrupti codicis non potest elegans esse conuersio. (μήποτε.

ἐργάσθετον.]) Lego πρεσβεῖον φύσις καὶ λογικὴ πε.])  
Lego, φύσις καὶ λογικὴ: vel φύσις λογικὴ.

αὐτοκινητη πάντως ἔκκλισις  
ἢ ὄρεξις, ἐπειδήθει ἢ ἡ ὄρεξι.]) Commouetur omnino declinatio aut desiderium, comitatur appetitio. Cicero δὲ  
aīgētō rem expetendam dicit: ὄρελος εἴ ὄρεξι, appetitum seu appetitionem, interdum desiderium. Tria igitur hęc, aīgētō, ὄρεξις, ὄρελος, vni Ciceronianę appetitioni respondent. Sicut idem συφροσύνη,  
σομέκιαν καὶ διηγέσιαν, uno modestia nomine interpretatur. Sum igitur animi dubius, ὄρεξις ne an ὄρελος appetitio sit vertendum. Vtraq; certe vox animi commotionem significat. Sed credam? Simplicio, & ἄγετο propensionem sive inductionem animi, & desiderium: ὄρελος

impetum, impulsionem animi, seu appetitionem vertamus.

Θεοπίτερον τῆς ὄμηλίστως.] Videtur legendum, τῆς περὶ ὄρεξιν καὶ τῆς ὄμηλίστως. Sed ingenue fateor, me nec Stoicorum, neque Simplicii rationem satis intelligere, tam parvo discrimine lethi, ut Poetae verbis utar. Quod si ὄρεξις καὶ ἔκκλισις τῶν ὄρεμά καὶ αἴφοροι antecedit: qui possunt ὄρεμά καὶ αἴφορον πρι- mi esse animotuum motus?

πολὺ τὸ επεροκίνητον.] Huius contrarium est τὸ αἰλοχίνητον. Significat iram & cupiditatem cieri a corporis humoribus. Qua de re praeclare disputat Aristoteles in Proemio τῶν Φυσιογνωμονιῶν, & Galenus cum alibi, tum in eo libello quo probare instituit, animi affectiones corporū temperiem sequi.

καὶ εὐρεγένειον εὐρεγέναι.])  
Lego εὐρεγένη.

αὐτὸν δὲ καὶ διωκτικόν.] Lego οὐφέτη, αὐτορχή, quæ Platonica est compositio, frequentissima in Parmenide. quamquam non tantum αὐτόν φασσο, sed etiam αὐτὸν τὸ πολὺ καὶ αἴσχατον ibi diapeπτος legitur.

αἰδίον δὲ καὶ διωκτικόν.] Scilicet τὸν αὐτορχήν, necesse est ipsum principium esse potentissimum.

& magistrum naturam esse: prudentiam beluarum ad principium suumæ auctoritatis & sapientiae reuocabis. Nam si prudentiam aut mentem vocandam esse non censueris, iam dispiciendum erit, ut tanto honestiore & magnificientiore nomine appelletur, quanto eius vis re ipsa maior, pulcior & admirabilior eluet. Non illa quidem indocta aut inerudita: sed a se ipsa docta, & nullius indiga, longum valere iubens, non ob infirmitatem, sed ob robur & perfectionem naturalis virtutis, emendatam ab aliis per disciplinam sapiendi sive. Iam quibus in rebus animalia per delicias aut ludum ab hominibus ad descendunt & meditandum ducuntur, illas ipsas res, quamvis naturæ corporis repugnantes, tamen quadam vertestate ingenii perdiscunt. Non enim dico iam de catulis, qui ad feras inuestigandas assuefiunt, & pullos equinos ad saltandum: sed & corni loqui discunt, & canes per circos agitatos transsiliunt. Equi autem & boues in theatris mirabilem in modum & recumbunt & saltant, & stant & mouentur: eaque discunt & memorierunt, quæ ne homines quidem sine singulari studio & labore prestare possint. Et si autem talium rerum nulla prorius utilitas est: docilitatis tamen & solertia sunt argumentum evidenterissimum. Quod si persuaderi tibi non potest, nos discere artes: audi iam ut eas etiam doceamus. Nam & perdes in profugiendo pullos docent occultare se, & glebam obticere pro se pedibus, in tergum resupinatos. Ciconias iuniores in tectis vides, ut adultæ conantes subuolare adiuuent & quasi volatus premonstratrices sint. Lusciniae pullos ad cantum instituunt, qui si minores, capti, & ab hominibus nutriti fuerint, deterius canunt, tanquam intempestivæ ludum egressi. In hoc itaque corpus ingressus, Ut homines, miror rationes illas, quibus mihi sophistæ persuaserit etiam be debant, omnes animantes, uno homine excepto, stias, aliis rationis & mentis expertes esse. V. Nunc vero, alias acuti- Grylle, tu aliter sentis? & cum oues, tum asinos ares esse.

participes

participes esse rationis afferis? G. istis ipsis igitur,  
optime Vlysses, collendum est, beluarum natu-  
ram rationis & intelligentiae non expertem esse.  
Nam quemadmodum arbor una non est magis aut  
minus inanimata quam alia ( omnes enim pariter  
sensu carent ) sic ne animalium quidem aliud alio  
hebetius & tardius videretur, nisi omnia simul  
ratione atque intelligentia praedita essent, sic ta-  
men, ut illa in aliis illustrior, in aliis obscurior con-  
spiciatur. Illud enim cogitandum est, quorundam  
simplicitatem & stoliditatem, aliorum calliditatem  
& acrimonia deprehendi. nihilo secius, si cum vul-  
pecula, lupo & ape, sinum & ouem conferas, quam  
si Polyphemum tecum, aut cum Autolyco auro tuo  
*Corinthium illum Homerum.* Nec enim censeo Dei notitia  
tantum inter beluam interessere, quantum homo ab eludit por-  
homine, ingenio, cogitationis & memoriae vi super-  
ratur. V. Atqui vide Grylle, ne sit nefas & violentia,  
rationem iis tribuere, quibus notitia Dei nulla in-  
sita est. G. Proinde non dicemus, o Vlysses, te cum  
tanta tamque immoda sapientia sis præditus, Si-  
syphum parentem habuisse.

*Vixum est, propter argumenti similitudinem  
adūcere locum Theodori Gaſſa, ex prefa-  
ſione in historiam Auma-  
tum.*

**A**T vero in contemplandis animalium mori-  
bus exempla suppetunt omnium officiorum,  
& effigies offerunt virtutum, summa cum aueto-  
ritate naturæ omnium parentis, non simulatae, non  
commentitiae, non inconstantes & labiles: sed vere  
ingenuæ atque perpetuae. Quis enim tam peruersa  
natura hostis sui generis est, quin emendetur &  
mitigetur, cum nullum animal occidi a sui generis  
bestiis videatur? Qui tam in parentes impius, ne  
cum eiconizauis aut meropis pietatem erga paren-  
tes intelligat, plenior efficiatur? Quis adeo inhu-

manus, illiberalisque est, quem ossifragæ benignitas in pullos aquilæ non faciat benignorem? Quis tam piger, iners & segnis est, quin excitetur ad vitæ munera, cum formicarum aut apum labores atque industrias intuetur? Quem noa pudeat per metum peccare, cum non solum leonis animum iniuriant cogitat, sed etiam reguli auicula, quæ cum aquila pugnat, certaque de imperio? Quis principem bonum non colat atque obseruet, cum, si rex apum in itinere aberrauerit, omnes cum inquirere, odoratuque sagaci persequi, donec inuenient, cognitum habeat: gestari etiam regem a plebe, cum volare non potest: & si perierit, omnes discedere? Nunquid parum exempli ad boni principis sive desiderium, sive obseruantiam datur? Quis princeps non ad clemētiam facile inuitetur, cum reges apum armati quidem aculeo, sed eo nunquam vti intelligat? Quæ fides, quis amor in canibus? Quanta in elephantis mansuetudo? Quæ in asere verecundia? Quantum studiū ornatus ac politurae in pauone? Quanta opera vocis amœnæ, suavisque in luscinia? Quid de iustitia apum dicam, quæ colligut quidem ex iis, quibus aliquid dulcedinis inest, sed sine ullo fructuum detrimento? Quid de castitate elephantis, qui quam impleuerit coitu, eam rursus non tangit? Aut columbae, quæ neque coire cum pluribus patitur, neque coniugium iam inde a primo ortu initum deserit, nisi vidua, aut cœlebs? Disciplina autem & eruditio elephanti, quem non faciat studiosiorem? Omnino nulla pars vitæ humanae est, quæ non suorum officiorum exempla commodissime hinc accipiat. Nam, vt omittā artes illiberales, quæ & ipsæ ingenii animalium non parum iuuantur, valetudinis exempla quæso, vnde commodiuit peti quam ex animalibus possint? Loca pro tempore conditione solent illa mutare: non plus edunt aut bibunt, quam sibi salubre sit: non diutius dormiunt, quam ratio valetudinis postulat: modum mouendi, quiescendi que seruant nouit sua quodq; medicamer

medicamenta: vivit sua quodq; sorte contentum,  
& gaudet. Hæc latea medicis præcipiuntur. At ve-  
to exempla, in quibus vis maior quam in præceptis  
est, ab animalibus certiora præbentur.

Finis II. Tomi Epicteti.

Hieronymus Wolfius Lectori S.

**Q**via Graci cognatarum rerum vocabulus abun-  
dant & in eis subtiliter distinguendis nonnunquam  
elaborat: in eas interpres angustias, propter Latini ser-  
monis egestatem (quam, ut Cicero ambitione negat. sic  
Horatius ingenue agnoscat) sape redigitur, ut quo se  
vertat, ignorat. Neq; enim totidem verba suppetunt, &  
crebra circuitiones permolesta; neq; satis propria sunt.  
& quicquā preterire nefas ducitur. Quod idem cū in  
hoc Opere mihi accidisset, ea cōuersti que potui: que nō  
potui, Graca reliqui. Quia quia per pauca sunt, ut ipm  
nō op̄is, que Cicero appetitum & appetitionē uno vo-  
cabulo appellat: ut apropois nō apropoīs, Gr̄verba, unde  
nomina ducta sunt, ut aīcīos nō aīcīos, op̄izia, nō  
op̄ia, & id genus alia nōnulla: huius meis facti ueniat  
a lectore impetrata velut. prasertim cū arguta magis  
illa distinctiones quam necessaria videantur. Iam quia  
aīcīos, aīcīos & alia Platonica, item q; tuīōtis &  
aīdōntis, & nescio qua alia monstrat vocabulū huic  
operi inseruntur: aut obmutescendū mibi fuit, aut licen-  
tia Gracorū verborum vel contra Latini sermonū con-  
fuetudinē imitanda. De mendis Graci codicū hic nihil  
dico, qued de iis in Annotationib. cuiusq; capitū conie-  
cturas nostras, ut & que pacto ea voces quas Grace in-  
serimus, explicari queant, exposuimus, liberum cuiq;  
sum iudicium relinquentes. Audendum cerne sepa-  
fuit, aut preclarum hoc & lectū dignissimum opus ab-  
inciendum. Quod quantum ante te Grace Latineq; fue-  
rit edatum: tamen vel quia distracti libri omnes sunt,  
vel quod noster quoq; labor studioſis hominib; presu-  
erens esse videbar, neq; vlla me diffiducates, neque  
calumnia iniuidorum (quaes multiplices & per acerbas  
fore prouideo) a tua uanda re literaria deterruerint,  
dæc te candide lector gramonitum volui.

# ANNOTATIO- NES IN PROOEMIUM SIMPLICIL.

**K**AL' τῆς αὐτῆς πλαθ-  
ῆς.] Cum in Arri-  
ani Epistro, qui tertius  
huius nostri Operis to-  
mus erit, nudat tantum  
disputationes & præce-  
puones describantur, de  
vita vero & obitu Epi-  
stro fere nihil contine-  
atur: illud Arriani opus  
Masgaleno cuidam, aut  
Medalino fortassis dedi-  
catum, cuius Simplicius  
hic meminit intercidisse  
existimo. Id enim Opus  
quod adhuc exstat, & a  
nobis olim conuersum,  
nunc demum edetur,  
non Medalino, sed Lu-  
cio Gellio cuidam, ab ipso  
Arriano dedicatur.

πέρι καιρού της.] Opportu-  
nissima, ea quæ ma-  
xime ad rem faciunt.  
Posset etiam legi καιρού  
της, principalia, præci-  
pua.

πολὺ δὲ σπάσιον.] Multum efficaciz &  
cerimoniarum habet. Lector  
crebris interrogationib.  
veluti stimulis quibus-  
dam excitatur & urge-  
tur ad confessionem.

Frequentes sunt ἀνθε-  
ρά & subiectiones tum  
ipius Enchiridii, tum  
quatuor Arriani librorū,  
quos in tertium & po-  
strem tomum reie-  
cimus. In quibus distin-  
guendis quia negligent-  
issimi fuerunt Graeci  
librarii: lapsus in procli-  
ui est, eoque venia parati-  
or interpreti esse debet.

τὸν διδυκόν.] τὸν δι-  
δυκόν est reus, is cui ra-  
tiones referendae sunt.  
διδυκία & διδυκία vni-  
tata sunt, sed τὸν διδυκίαν  
mealibi legere non me-  
mini. Fortassis διδυκία  
dein, corrigetur. Aut si  
τὸν διδυκίαν rectum est,  
minatur suppliciū con-  
tumacibus. Causam (in-  
quit) diec̄t apud inferos.  
Apparet enim Simplici-  
um fuisse Pythagori-  
cum, atq; τὴν μητρόν  
χριστον, ac potius τὴν μη-  
τρὸν προβαστον probasse: ut  
qui & initio huius Ope-  
ris, & sub finem, antri-  
zēternataten, & præmis-  
atque supplicia post obi-  
tum statuerit.

χορηγίου, τὸν ἐπιμέτρον  
χειρόν τὸν ἀλλού. ] Vno  
codice per quam deprauato  
sum vñus, Venetiis apud Sa-  
bianos 1528 edito. Quare sa-  
pe diuinare cogor, neq; scri-  
pturā alicubi sequi possum.  
Operam autem dedi, quan-  
tū fieri potuit, ne conjecturę  
mea vel a ratione Gram-  
matica, vel a sensu auctoris  
aberrarent. Lego igitur hic,  
τὸν ἐπιμέτρον, vel τὸν ἐπι-  
μέτρον χειρόν ὡς ὁραῖον, τὸν δὲ  
τέτον : cui homini propter  
hoc instrumentum, corpus  
scilicet.

τὸν λόγικὸν ἀδιάνατον αὐ-  
τὸν ἐπιμέτρον ἐπὶ τὸν ἄλ-  
λων πεζῶν. ] Lego τὸν λόγι-  
κὸν διώματιν, ἀντίτοι τὸ τε  
στιγμήτον κατὰ τὸν ἀλόγιον πα-  
τῶν.

καὶ τὸν ἑκίνητον πεζῶν. ] Le-  
go χειρόν, vñus alienarum  
terum ad proprium bonum  
esse referendum: hoc est, cu-  
randum vt menti seruant.  
Verba sic ordinanda sunt, καὶ  
τὸν χειρόν τὸν ἑκίνητον αὐτοῦ  
φίσουσι, scilicet τὸν λόγικὸν  
ψυχῆς τὸν τὸν σκέπτον ἀλόγιον.  
Animis rationis particeps  
autem ceteris rebus vtitur,  
quatenus virtuti seruant.  
Si quis κείσθω παυult, non  
obito. Sed illud videtur me-  
lius.

Μητρηρίου. ] μητρία di-

citur, non μητέων, quod sciā.  
Legendum igitur aut μητ-  
ρηρίου, distincte: aut, quod  
malim, μητρητηρίου, mode-  
rate, certo modo.

τὸς πεζομέτρου καὶ ἑραρχο-  
μέτρου τὸ λιγόμετρον. ] Eos qui-  
bus hæc persuadentur esse  
vera, & qui præcepta exse-  
quentur. Cum hi omnibus  
seculis paucissimi aut nulli  
( Christians martyres di-  
uina constantia præditos  
excipio) fuerint: paucissimi  
aut nulli erunt calamitatis  
omnis expertes & beati.

διαγένετος.] Legendum  
τὸ παντού ἔνταξις.

χρεατὸν ἕχει τὸν ὑπίσταν αὐ-  
τὸν. ] Malim autem, vel autem,  
naturam suam habet sepa-  
rabilem. Sed si autem legis,  
sic ordinabis verba: οὐ λόγικὸν  
ψυχῆς ἕχει τὸν ἑκίνητον χρεατὸν  
αὐτῷ, scilicet ἐπιμέτρον καὶ  
τὸν ἀλόγιον πεζῶν. Mentis ea  
natura est, quæ a corpore &  
brutis affectibus separetur.  
hoc est: Aliud quiddam est  
mens, aliud corpus: aliud  
testa, aliud cochlea quam  
testa continet.

λογικού πεζού, τὸν σκέπτον. ]  
Lego, καὶ τὸν σκέπτον. Et paulo  
post, in.

τὸ τρίτον τοῦτο τὸν καθηρη-  
τῶν. ] Lego, vt & sententia  
& constructio postulat, τὸ  
τρίτον. Facit quatuor vita ge-

nera, quarum a postremo  
nos, quam plane repudiat  
(quam recte, ipse videoit)  
ordiemur. Primum genus  
est eorum, qui se ex animo  
& corpore constare putant,  
& corpus non minimam suj  
partem iudicant, & eius  
conmedis atque necessita  
tibus seruiunt. Excedunt illi  
sortasse modum in ea re, &  
corp' magis quam animū,  
ac ne ipsum quidem corpus  
recte curant, atque in stirpes  
& pecudes degenerant. Sint  
hi sane vitioli, nec idonei  
Stoicæ doctrinæ auditores.  
Sed hi tamen ii sunt, qui  
quacunque de causa (ideo  
scilicet quod e re sua id esse  
putant) curent, ut & Epictet  
us & Simplicius habeant  
quod edant, quod bibant,  
quo vestiantur, quo a tem  
pestatum iniuriis regantur.  
Imo id quoque curant, ne  
desit carta, calamus, atramen  
tum, sine quibus magnifica  
ista dicta literis mandari, &  
ad nostram ætatem propa  
gari minime potuissent. Sic  
ergo hæc sex infimæ plebis.  
Sed tamen sine huius opera  
nec ipse Epictetus, quamvis  
pro pauperior, vixit. Ficti  
lem enim illam lucernam,  
de qua tertio huius operis  
Tomo agitur, a figulo emit.  
Obolum, quo illam emit,

procedit monetarius: dedit  
autem Epaphroditus herus,  
aut auditor atque amicus  
aliquis, aut labore manuum  
ipse quasiuit Epictetus. Ita  
que Louis ille filius, non  
modo compotor, sed & con  
fors de oīum immortalium,  
sodit agrum, irrigauit hor  
tum, descriptis Chrysippil li  
bellos, aut alia fecit. Cur?  
Ut haberet obolum, unde  
non restim; sed lucernam  
emeret: eamque fictilem,  
quo minus esset periculi a  
furibus, qui ianuam clau  
sam sortasse non effregi  
sent, sed apertam ideo esse  
crediderunt, ut cuilibet eius  
domunculæ opibus suo ar  
bitratu frui liceret. Disputat  
alibi, pituitam boni esse  
consilendam, quod manus  
præsto sint quibus absterga  
tur: cur non furibus etiam  
fores opposuit, ne ingredie  
rentur? Aut si candelabrum  
nihil fecit: cur annis fere  
1500 post, nobilis ille philo  
sophici candelabri sur, & eius  
quidem ferrei, nec inelegan  
tis, celebratur? Sed hæc  
nus in simo generi hominū  
(sic γόνατοι επι τῷ μετώ  
πι πάντως) vecunq; e patro  
cinati visum est. Etsi enim  
hæc non ad vulgi contem  
num, sed ad studiofoso admon  
tendos & docendos perri  
nent:

nent: tamen quia plerunq; fit, vt adolescentes falsa eruditio & virtutis opinione inflati, homines indoctos & contemnunt, & odiose insectentur: non inutile duxi, hæc asserre in mediū. Alterum genus eorum esse dicit, qui corpore vtantur vt instrumento. Animus faber est. Is sua causa facit omnia: malleū & incudem sua causa curat, dum & quaten' eis est opus. Tertii sunt *ei ηγερπλεως ζυντης*, qui (vt opinor) animum ab insecitie & viotorum sordibus repurgare studēt: qui, an corporis instrumentū prorsus negligant, affirmare nō possum. Postremi sunt *ei ιωνειαντης*, vni contemplationi dediti. Sed hi an vt cicadæ rore passantur, ignoro. breui certe perituros existimo, nisi aut ipsi labore suo quæsierint quo alantur, aut opera infimæ fecis hominum sustententur. Ad hæc vitæ genera rectius intelligenda, pauca libet ex Angeli Politiani Episteti defensione ascribere. Triplex (inquit) apud Platonem virtutum est gradus. Sunt enim supremæ omnium, quas vocant exemplares: quales in sapiente requiri mus, in Deo statuimus. Quæ sequuntur, purgati

animi dicuntur: quales in eo esse philosopho volumus, qui se ab omni corporis labo contagioneq; auocarit. Vnde & in Protagora Plato idem, cuius mihi dulcissimum in ore versatur nomen, emoriendum ei esse dicit, qui sit philosophus euasurus. Tertium est virtutum genus, quas purgatorias vocant: quales in continentente esse statuimus, negamus in temperante. Has sibi virtutes is iure vindicet, qui rationis partipem animum vere hominem esse sibi persuaserit, quique neque corpus animæ esse partem iudicet, neque ad hominem perficiendum concurrere ipsum arbitretur: sed eo quasi instrumento vtendum, animum induxit. Nam qui aut paria aut superiora corpori tribuat: cum non magis esse hominem putandū est, quam bruta illa, quæ vocemus animantia: quæ natura (vt egregie Salustius inquit) prona ac ventri obedientia finxit. Animi ergo (vt idem inquit) imperio corporis seruitio magis vtimur: vt quo vno a beluis differamus, quoque vno substantia constet hominis, id nobis liberum seruemus.

fensioni vindictaque necessariam spectes, quid absurdius? Nam qui conuenit vos naturam quasi in iudicium vocatam, ream agere, quod corporibus vestrīs neque stimulos addidit, neque vos dentibus armauit, neque ad uncis vnguibus instruxit, cum ipsi insita animis arma reprimatis atque abiciatis? V. Papæ Grylle, quam acutus mihi sophista fuisse videris, qui nunc e rostro suillo suggroniens, institutam quæstionem tam egregiis argumentis confirmaris? At cur non ordine de temperantia tibi dicendum esse censuisti? G. Quo exspectabam fore,

*Continetia* ut tu hæc quæ dicta sunt, prius reprehenderes. Tu *Vhiss ele-*

*natur.*

autem, ut video, de temperantia studes audire, tum quo dudicissimæ mulieris maritus es: tum vero, quod exemplum esse continentia te ipsum censes, ob spretum Circes concubitum. Neque vero ista re vlli animalium, si continentiae ratio habeatur, es præferendus, quæ reliquo congressu præstantiorum, amatoria illecebras & voluptates in suo quæque

*Mendesius* genere consequentur. Nō igitur mirum est, si quem caper mulie admodum Mendesius in Ægyptio hircus cum multis capellis & elegantibus conclusus mulierculis, abhorret las prefert. ab illarum amplexibus fertur (nam caprae sunt, quarum ille amore magis deperit) sic & tu consueta inusitatis præserens, fortis humanæ memor, cum

*Cornices Pe* Dea in eodem dormire leto recusas. At Penelopes modestiam cornices innumerabiles gloiendo ridicubunt, atque despiciunt: quarum nulla est quia post coniugis obitum, nedum ad breve tempus, sed totas nouem ætates hominum vidua maneat. Itaque tua Penelope a singulis cornicibus nouies vincitur. Enim uero quoniam intellexisti me sophistam esse, ordine quodam in disputando progediar, & temperantiae definitione constituta, & cu-

*Temperan-* puditatibus in genera distributis. Est igitur tem-  
*tia definitio.* perantia, modus atque ordo quidam cupiditatum,  
 :: qui ut accersitas atque superuacaneas tollit: ita  
 :: necessarias non ultra id quod satis est, quodq; decet,  
 :: euagari patitur. Appetitionum autem immensum

quoddam

quoddam esse pelagus, te non præterit. Nam cibus & potus, & secundum naturam, & necessarii omnino sunt? At rei venereæ illicebis, et si earum initia a natura proficiscuntur: tamen cum eriam sine illis non incommodè viui possit, naturales ex eo qui *ries Natu-*  
*dem, non etiam necessariæ sint appellatae. Earum rales, Super-*  
*vero colluuius, quæ neq; naturales, neque necessariæ uacua,*  
*sunt, sed extrinsecus ab inani opinione arque negle-*  
*ctu & ignorantie decori honestique sensi affude-*  
*runt, parum abest quin veliro in genere naturales*  
*eiocerit atq; extetminarit: perinde ut in rebus pub-*  
*licis fieri solet, cum indigenæ & ciues ab adueniarum & inquinitorum multitudine opprimuntur.*  
*At peregrinis affectibus in animis beluaruin nul-*  
*lus patet aditus, nulla consociatio datur: earumque *nacnus appo-**  
*vita procul ab omnibus vanis opinionibus, tan-*  
*titionib. ca-*  
*quam a tempestuoso mari, distata atque remota est: rent: in ne-*  
*aliena proflus a vestra illa ( si Diis placet ) elegantia cesserio na-*  
*& luxuria. Temperantiam igitur, ut quæ neque co-*  
*gnatis atque insuis, neque adscititis & peregrinis manu ducem*  
*cupiditatibus violarur, constantissime retinent atq; sequuntur.*  
*tuentur, & a naturæ præscripto ac legibus non ab-*  
*errant. Me quidem non minus olim, quam te nunc,*  
*aurum ita reddebat attonitum, ut nihil cum illo*  
*ducerem compatandum: argentum & ebur in sui *Avaritia**  
*pelliciebat amorem ac admirationem: quarum*  
*terum copiis ut quisque maxime abundabat, ita*  
*maxime a me prædicabatur & beatus & Diis carus,*  
*sive ille Phryx eslet, sive Car Dolone abiectior, aut*  
*infelicitus Pijamo. In eo erant omnes cupiditates*  
*mæstæ: adeo ut cæteratum terum, quæ multæ*  
*arque vberes erant, nullum in vita fructum per-*  
*ciperem: orbatusque mihi viderer, ac destitutus*  
*maximis in vita bonis. Itaque ( nam memini ) *Vestis maior**  
*um in Greta te vidisse veste splendida, cuiusmodi*  
*admiratio,*  
*letis in festiuitatibus vti, exornatum: neque pru-*  
*dentiam admirabar, neq; virtutem tuæ, sed exqui-*  
*quam ho-*  
*gram ac insolitam tunicae subtilitatem, purpureiq;*  
*malli molliciem, inque sola pulcritudine mentem*

& oculos cum stupore defigebam. Erat etiam in ipsa ex auro fibula, nescio quid ludicum, summa (ni fallor) arte tornatum. Confectabar igitur te, muliercularum plane more attritus. Nunc autem reiectis arque expurgatis inanibus illis opinioribus, aurum & argentum perinde ut ceteros lapides. cum cōtemtu prætereo. Lænis autē tuis, molibusq; tapetib; profecto somni capiendi causa nihil libentius indormire velim, quam profundissimo & mollissimo cæno. Huiusmodi enim accessitæ cupiditates nullum habent in nostris animis domicilium: sed nostra vita ut plurimum necessariis & naturalibus cupiditatibus & voluptatibus acquiescit. His autem quæ non illæ quidem necessariae, sed naturales tamen sunt, neq; sine ordine, neq; citra satietatem ingurgitamus. Et hæ quidem re-

**Bruta in** censenda primi tu erunt. Propria igitur illa, & non naturalibus accessita voluptas, quæ e rebus odoratis percipitur, cupiditatib; olfactumq; halitu mouentibus, piæterquam quod modum ser- vtitatem & gratuitam & simplicem habet, etiam nonnihil confort ad cibos discernendos. Nam lin-

**Odores.**

**Sapores.**

& dicitur, quando sapores cum vi dignoscendi com- mixti confusisque fuerint. Nostet autem olfactus ante sapores, vniuersitatisq; rei vim dijudicans, multo que accuratius quam regii pragustatores disser- nens, conuenientia quidem & accommodata intro- admittit, aliena vero repellit, & ne quidem attingi- patitur, ne forte gustui molesta sint: sed defert &

accusat eorum vilitatem, antequam lœdatur. Cæte- ra nobis molesta non sunt, quemadmodum vobis thymiamata, & cinnamoma, & nardi & soliata, & calani Arabici: quæ præclara scilicet vnguentari- orum arte mollita, & in vnum coacta, vos multo argento emungunt, cum nihil inde consequamini præter effeminatas, puellarès & prorsus inutiles de- litias, viroque indignas suavitates. Vnguentorum autem, tametsi hæc ratio sit, non illa tamen mulie- res solum corrupt omnes, sed plurimose viris et- iam:

**Sus lutum  
tapetibus  
prefert.**

**Vnguentari  
orum curio  
fantes.**

iam : adeo ut suas vxores auersentur, nisi vnguentia  
 & pastillios olentes accesserint. At apos, siues, & lir- *Procreatio-*  
 cos caprae, & reliqua foemella sui generis mares ad *nus appeti-*  
 se inuitant suis propriis odoribus : redolente que *tua*.  
 purum rotem & prata, & herbas, ad suas nuptias  
 conueniunt, ob communem benevolentiam. Neq;  
 vero foemella fastidio, fraudibus, imposturis, nega-  
 tionibus cupiditatem praetexunt atque contami-  
 nant. Mares autem cestro atque cupiditate infiam-  
 mati, non pretio laboris & seruitii, ad opus procre-  
 ationis: sed sine dolo, sine mercede, & non intem-  
 pestive accedunt. Apperitus enim rei Venereae  
 certo anni tempore, tanquam in plantis germina, *Brutorum*  
 sic in animantibus excitatur, & post mox extin- *nulla prapo-*  
 gitur. Neq; enim foemella concepto foetu se iniri *steri libido*.  
 patitur, neque mas eam solicitat ulterius. Adeo  
 parum apud nos voluptati tribuitur, naturae autem  
 omnia. Vnde non compertum est haec tenus inter  
 pecudes, mutatis naturae legibus prauaque inflam-  
 mante cupidine, a mare marem a foemella foemel-  
 lam esse appetitam. Cuiusmodi multa inter vos,  
 apud eos etiam qui singularem grauitatis & san-  
 ctimoniaz speciem praeferunt, deprehenduntur.  
 Nam omitto nihil homines: quid Agamemnon? *Agamemnon*  
 Nonne Boeotiam peragravit, ut Argum se fugi *non*.  
 entem venaretur, cessationisque causam in mare & *Argaus*.  
 ventos falso transtulit? Deinde praelarus ille, prae-  
 clare admodum in Copaise palude sese tinxit, ut  
 amoris videlicet ardorem relinguat, atque cupi-  
 dine liberaretur. Neque aliter Hercules, socium im- *Hercules*.  
 berbem persequens, non consecutus est Argonau- *Hylas*.  
 tas, delectos ex omni Græcia, classemque deseruit.  
 In tholo autem Praeli Apollinis vestrum aliquis (qui  
 haud dubie fructum aliquem Achilleæ formæ tu-  
 lerat, inscripsit, Formosus Achilles: cum is iam *Achilles*.  
 filium haberet. Eam inscriptionem adhuc extare  
 audio. At si gallus gallum, penuria gallinarum con *Gallus gal-*  
 scenderit: viuus exuritur. Id enim augur nescio *linaceus*.  
 quis, dirum omen atque portentum esse dixit. Atq;

ita homines ipsi confidentur, temperantiam pecudibus magis esse familiarem, neque illas studio voluptatum vim facere naturae. Vestras autem effrenatas libidines, ne lege quidem adiutrice, natura intra limites cohibet, quo minus tanquam tortente quodam incitatae cupiditates frequenter eruant

**Monstra ex atque proturbent omnia,** & ius naturae abusu rei peruersa li- venere sanctissimum violent. Etenim & viii con- bidine orta. gressi sunt cum capris, suis & equabus: & mulie- res, maribus brutis insano furore se prostituerunt. Nā ex istiusmodi nuptiis Minotauri illi vestri sunt, & Aegipanes. Inde etiam, vt ego quidem opinor, & Sphinges & Centauri extiterunt. Enimvero fame adigente, canis interdum hominem deuorat, degu- stat vulneris. At coire cum homine nulla vñquam bestia conata est: multas quidem bestias hominum lasciuia præter ius & fas ad talia perpetiæda coagit. Qui cum in istiusmodi rebus ita futilis & nequam sint, planeque nihil imperare sibi possint: multo magis in necessariis cupiditatibus longo interhallo superantur. Sunt autem illæ, cibi potuq; appetitio: quorum suavitatem nos nunquam, nisi cum necesse est, fruimur. Vos autem qui voluptatis ea in re quam naturalis vsus studiosiores estis justo iudicio.

**Hominum in vñctu lu-**  
**xuria, mor- bie castiga-**  
**tur.**

multis & grauibus morbis pœnas datis: qui omnes. tanquam vno ex fonte ex repletione & crapula. scaturientes, corpora variis & impuris humoribus inundant. Nam primum omnium vnicuique ge- neri animantium, vnum quoddam cibi genus assi- gnatum est, veluti tribus quædam: alijs herbae, ra- dices alii, nonnullis etiam fruges. Quæ vero car- niuoræ sunt, ex ad nullum aliud partionis genus sese conuertunt, neque infirmiores eo defraudant: sed & leo ceruum, & ouem lupus non impedit, quo minus, vt eorum natura fert, pascantur. Homo autem, vt est gula & studio voluptatum præceps, nihil non tentat, nihil non degustat, perinde ac si cibum sibi proprium & congruentem nondum co- gnoscet: solus omnium, omni ciborum genere ventrem

**Homo feras**  
**omnes san-**  
**guinaria**  
**crudelitate**  
**vincit.**

ventrem indomitum distendit. Nam & carnibus  
vtitur, non quod necessitas aut penuria cogat ( super-  
perunt enim semper pro anni temporibus, vel ex  
arboribus vel seminibus, quæ colligat, quæ accipiat,  
quæ decerpit, tantaque illarum rerum copia est, vt  
nullo sit labore fere opus, valetudoque curari opti-  
me possit ) sed quod delicia rerumque necessaria-  
rum fastidium, etiam cum scelere cibos a natura sua  
abhorrentes aggrediantur, & laniatu pecudum sese  
polluat, qua in re homo ferarum atrocitatem longe  
crudelitatem superat. Nam sanguine, cæde, carnibus,  
milui, lupi, dracones visitant, homines deliciantur.  
Deinde homo omni genere animantium vtitur,  
non vt feræ plurimis abstinet, cum paucisue, vt illæ,  
ob victus necessitatem bellum gerit: sed neque  
volucræ, neque natatile ( vt in vniuersum dicam )  
neque terrestre mites illas vestras ( si diis placet ) at-  
que hospitales mensas effugere potest. Verum illud  
fortassis præclarum esse dicitis, quod singulari arti-  
ficio cibos conditis & paratis: id quod negatū nobis  
sit. Atqui, Vlysses, beluarum prudentia, inutilium  
& inanum artium nullum vlli relinquit locum.  
necessarias autē, non aliunde accessitas, nō mercede  
edoctas, non meditatione glutinatas, non specula-  
tionibus inter se tenetæ compactas, sed ipsa ex  
sese velut familiares & insistas ac nativas profert. *Prudentia*  
Nam Ægyptios quidem omnes audimus esse me-  
dicos: ex genere autem animantium singula non  
medicinæ tantum in se artem habent, sed & ad pa-  
næ auctoris li-  
stum quærendum instructa sunt, & ad fortitudinem, bellū, utra  
& ad venationem, & custodiā sui, & ad musicam, animalia  
quatenus vniuersiusque natura capax est. Vnde prudenter  
enim nos ( porcus intellige, quod hic sophista por? sint : terre-  
stis ) didicim⁹ in morbis, cancerorum gratia, ad fluui-  
ſtriane an-  
os accedere? Quis testudines docuit, vt si de vipera aquatilia?  
ederint, origanum attordant? Quis Creticis capris  
monstravit, si sagittis icta fuerint, vt dictamno ar-  
xoso cui spides telorum eliciant? Nam si id quod ve-  
rū est, confiteri volueris, doctrinæ harum rerum te preſtabo.  
tiger,

& magistrum naturam esse : prudentiam beluarum ad principium suum & auctoritatis & sapientiae reuocabis. Quam si prudentiam aut montem vocandam esse non censueris, iam dispiciendum erit, ut tanto honestiore & magnificientiore nomine appelleatur, quanto eius vis re ipsa maior, pulchrior & admirabilior elucet. Non illa quidem indocta aut inerudita : sed a scipio docta, & nullius indiga, longum valere iubens, non ob infirmitatem, sed ob robur & perfectionem naturalis virtutis, emendatam ab aliis per disciplinam sapiendi stipem. Iam quibus in rebus animalia per delicias aut ludum ab hominibus ad discendum & meditandum ducuntur, illas ipsas res, quamvis naturae corporis repugnantes, tamen quadam libertate ingenii perdiscunt. Non enim dico iam de catulis, qui ad feras inuestigandas assuefiunt, & pullos equinos ad saltandum : sed & corni loqui discunt, & canes per circos agitatos transsiliunt. Equi autem & boues in theatris mirabilem in modum & recumbunt & saltant, & stant & mouentur : eaque discunt & memorierunt, quæ ne homines quidem sine singulari studio & labore prestare posstant. Et si autem talium rerum nulla prorius utilitas est : docilitatis tamen & solertia sunt argumentum evidenterissimum. Quod si persuaderi tibi non potest, nos discere artes : audi iam ut eas etiam doceamus. Nam & perditas in profugiendo pullos docent occultare sese, & glebam obsecere pro sepedibus, in tergum resupinatos. Ciconias iuniores in testis vides, ut adultæ conantes subuolare adiuvent & quasi volatus præmonstratrices sint. Lusciniæ pullos ad cantum instruunt, qui si minores, capti, & ab hominibus nutriti fuerint, deterius canunt, tanquam intempestive ludum egressi. In hoc itaque corpus ingressus, ut homines, miror rationes illas, quibus mihi sophistæ persuaserunt, etiam be debant, omnes animantes, uno homine excepto, si quis, alii rationis & mentis expertes esse. V. Nunc vero, alias acutis- Grylle, tu aliter sentis? & cum oues, tum asinos oras esse. participes

participes esse rationis afferis? G. Iltis ipsis igitur, optime Vlysses, collendum est, beluarum naturam rationis & intelligentiae non expertem esse. Nam quemadmodum arbor vna non est magis aut minus inanima quam alia ( omnes enim pariter sensu carent ) sic ne animalium quidem aliud alio hebetius & tardius videretur, nisi omnia simul ratione atque intelligentia praedita essent, sic tamen, ut illa in aliis illustrior, in aliis obscurior conspicatur. Illud enim cogitandum est, quotundam simplicitatem & stoliditatem, aliorum calliditatem & acrimonia deprehendi. nihilo secius, si cum vulpecula, lupo & ape, asinum & ouem conferas, quam si Polyphemum tecum, aut cum Autolyco auro tuo Corinthium illum Homerum. Nec enim censeo Dei notitia tantum inter beluam interesse, quantum homo ab eludit porhomine, ingenii, cogitationis & memoriae vi supercues.

V. Atqui vide Grylle, ne sit nefas & violentum, rationem illis tribuere, quibus notitia Dei nulla insita est. G. Proinde non dicemus, o Vlysses, tecum tanta tamque immoda sapientia sis praeditus, Sisyphum parentem habuisse.

*Vixum est, propter argumenti similitudinem  
adiicere locum Theodori Gaza, ex prefaci-  
sione in historiam Animae  
litterarum.*

**A**T vero in contemplandis animalium moribus exempla suppetunt omnium officiorum, & effigies offeruntur virtutum, summa cum austore naturae omnium parentis, non simulatae, non commentitiae, non incertantes & labiles: sed vere ingenuae atque perpetuae. Quis enim tam peruersa natura hollis sui generis est, quin emenderetur & mitigetur, cum nullum animal occidi a sui generis bestiis videatur? Quis tam in parentes impius, ne cum ciconiae avis aut meropis pietatem erga parentes intelligat, plenior efficiatur? Quis adeo inhu-

manus, illiberalisque est, quem ossifragæ benignitas in pullos aquilæ non faciat benignorem? Quis tam piger, iners & segnis est, quin excitetur ad vitæ munera, cum formicarum aut apum labores atque industrias intuetur? Quem non pudeat per metum peccare, cum non solum leonis animum inuitum cogitat, sed etiam reguli aviculæ, quæ cum aquila pugnat, certaque de imperio? Quis principem bonum non colat atque obseruet, cum, si rex apum in itinere aberraverit, omnes cum inquirere, odoratuque sagaci persequi, donec inuenient, cognitum habeat: gestari etiam regem a plebe, cum volare non potest: & si perserit, omnes discedere? Nunquid parum exempli ad boni principis huius siderium, siue obseruantiam datur? Quis princeps non ad clemētiam facile inuitetur, cum reges apum armari quidem aculeo, sed eo nunquam vii intelligat? Quæ fides, quis amor in canibus? Quanta in elephantis mansuetudo? Quæ in ansere verecundia? Quantum studiū ornatus ac politurae in pauone? Quanta opera vocis amoenæ, suauisque in luscina? Quid de iustitia apum dicam, quæ colligunt quidem ex iis, quibus aliquid dulcedinis inest, sed sine ullo fructuum detimento? Quid de castitate elephantis, qui quam impleuerit coitu, eam turpis non tangit? Aut columbae, quæ neque coire cum pluribus patitur, neque coniugium iam inde a primo ortu initum deserit, nisi vidua, aut cœlebs? Disciplina autem & eruditio elephanti, quem non faciat studiosiorem? Omnia nulla pars vitæ humanæ est, quæ non suorum officiorum exempla commodissime hinc accipiat. Nam, ut omittā artes illiberales, quæ & ipsæ ingenii animalium non parum iuuantur, valetudinis exempla quæso vnde commodius peti quam ex animalibus possint? Loca pro tempore conditione solent illa mutare: non plus edunt aut bibuot, quam sibi salubre sit: non diutius dormiunt, quam ratio valetudinis postulat: modum mouendi, quiescendique seruanti nouit sua quodq; medicamer

medicamenta: vivit sua quodq; sorte contentum,  
& gaudet. Hæc latea medicis præcipiuntur. At ve-  
ro exempla, in quibus vis maior quam in præceptis  
est, ab animalibus certiora præbentur.

Finis II. Tomi Epistoli.

Hieronymus Wolfius Lectori S.

**Q**VIA Graci cognatarum rerum vocabulus abun-  
dant & in iis subtiliter distinguendis nonnunquam  
elaborat: in eas interpres angusti: au: propter Latinis ser-  
monis egestatem (quam, ut Cicero ambitione negat sic  
Horatius ingenue agnoscit) sape redigitur, ut quo se  
verat, ignoret. Neq; enim totidem verba suppetunt, &  
crebra circuitiones permolesta: neq; satis propria sunt,  
& quicquid praeterire nefas ducitur. Quod idem cū in  
hoc Opere mihi accidisset, ea cōverti qua posui: que nō  
potui, Graeca reliqui. Que qui per pauca sunt, ut ὡραὶ  
ἢ ὥραι, qua Cicerο appetitum & appetitionē uno vo-  
cabulo appellat: ut αἴροις καὶ ταίροις, ἡ Verba, unde  
nomina ducta sunt, ut αἰρετοὶ καὶ στρατηγοὶ, ὥριζοι καὶ  
ὤραι, & id genus alia nōnulla: huius meis facti venia  
a lectorē imperatā volim, præsertime cū arguta magis  
illa distinctiones quam necessaria videantur. Iam quia  
αὐτοὶ οὐδότητες & alia Platonica, itemq; ταῦτην &  
αἰδομέντις, & nescio que aliam monstra vocabulorū huic  
opere inseruntur: aut obmutescendū mihi fuit, aut licen-  
tia Gracorū verborum vel contra Latinis sermonis con-  
fuetudinē imitanda. De mendis Graci codicis hic nihil  
dico, quod de iis in Annotationib. cuiusq; capitū conie-  
cturas nostras, ut & quo pacto ea voces, quas Grace in-  
serimus, explicari queant, exposuimus, liberum eniq;  
sum iudicium relinquentes. Audendum certe sapo  
fuit, aut præclarum hoc & leitu dignissimum opus ab-  
inciendum. Quod quamvis ante Grace Latineq; fne-  
rit editum: tamen vel quia distracti libri omnes sunt,  
vel quod noster quoq; labor studioſis hominib; profus-  
turus esse videbasur, neq; vlla me difficultates, neque  
calumnia inuidorum (quaū multiplices & peracerbas  
fore prouideo) a suauitate literaria deterruerint.  
Eos te candide litterarum dramonissimum volui,

# ANNOTATIO- NES IN PROOEMIVM SIMPLICII.

**K**AI τῆς αὐτῆς πλούτης.] Cum in Arriani Epistero, qui tertius huius nostri Operis tomus erit, nudat tantum disputationes & præceptiones describantur, de vita vero & obitu Epistero fere nihil continetur: illud Arriani opus Magaleno cuidam, aut Mellalino fortassis dedicatum, cuius Simplicius hic meminit intercidisse existimo. Id enim Opus quod adhuc exstat, & a nobis olim conuersum, nunc demum edetur, non Mellalino, sed Lucio Gellio cuidam, ab ipso Arriano dedicatur.

**πράξεων τέλοντα.**] Opportunissima, ea quæ maxime ad rem faciunt. Posset etiam legi κνοεσίαι, principalia, præcipua.

**πολὺ γένερας τέλος.**] Multum efficaciat & acrimoniæ habet. Lector crebris interrogationib. veluti stimulis quibusdam excitatur & urgetur ad confessionem.

Frequentes sunt ἀποφέραι & subiectiones tum ipsius Enchiridii, tum quatuor Arriani librorū, quos in tertium & postremum tomum reiecerimus. In quibus distinguendis quia negligenterissimi fuerunt Græci librarii: lapsus in procliui est, eoque venia parati- or interpreti esse debet.

**τὸν διδωτεῖν.**] τὸν διδωτεῖν reus, is cui rationes referendæ sunt. διδωτεῖν & διδωτεῖς vltata sunt, sed τὸν διδωτεῖν mealibi legere non memini. Fortassis διδωτεῖς, corrigetur. Aut si τὸν διδωτεῖν rectum est, minatur suppliciū contumacibus. Causam (inquit) dicit apud inferos. Apparet enim Simplicium suisse Pythagoricum, atq; τὸν μετεμψύχον, ac potius τὸν μετεμψύχον probasse: ut qui & initio huius Operis, & sub finem, anim. zeteritate, & præmis arque supplicia post obtum statuerit.

χρημάτων, τὰς Σούμφατο<sup>ς</sup>  
χρημάτων ἡ λέξη τόπο. ] Uno  
codice per quam deprauato  
sum usus, Venetiis apud Sa-  
bianos 1518 edito. Quare sa-  
pe diuinare cogor, neque scri-  
pturā alicubi sequi possum.  
Operam autem dedi, quan-  
tū fieri potuit, ne conjecture  
meas vel a ratione Gram-  
matica, vel a sensu auctoris  
aberrarent. Lego igitur hic,  
τὰς Σούμφατο<sup>ς</sup>, vel τὰς Σού-  
μφάτης χρημάτων αἱ δεκάταις διὰ  
τόπου: cui homini propter  
hoc instrumentum, corpus  
scilicet.

τὰς λογικὰς ἀδιάβατοι αὐ-  
τὰς Σούμφατο<sup>ς</sup> Εποιητὴ<sup>ς</sup>  
λογικής πεδίων. ] Lego τὰς λογι-  
κὰς διάβατοι, αἴτιοι τοῦ π-  
σούμφατο<sup>ς</sup> καὶ τῶν ἀλόγων πα-  
γῶν.

καὶ τὰς ἀκείνων περίσσων. ] Le-  
go χρῆσις, vsum alienarum  
resum ad proprium bonum  
esse referendum: hoc est, cu-  
randum vt menti seruant.  
Verba sic ordinanda sunt, καὶ  
τὰς χρῆσις, Εποιητὴς αἴ-  
θικός, scilicet τὰς λογικὰς  
ψυχῆς αἵτις τὸ οἰκεῖον ἀγαθός.  
Animus rationis particeps  
atenus ceteris rebus vtitur,  
quatenus virtuti seruant.  
Si quis εργάτης manuult, non  
obito. Sed illud videtur me-  
lius.

Μιμηρημάτων. ] μιμήσω di-

citur, non μιμίσω, quod sciā.  
Legendum igitur aut μιμη-  
ρημάτων, distincte: aut, quod  
malim, μιμηρημάτων, mode-  
rate, certo modo.

τὰς πεθομάτων καὶ ιεραζο-  
μάτων πὲ λιτόμαρτς. ] Eos qui-  
bus hæc persuadentur esse  
vera, & qui præcepta exse-  
quuntur. Cum hi omnibus  
seculis paucissimi aut nulli  
(Christianos martyres di-  
uina constantia preditos  
excipio) fuerint: paucissimi  
aut nulli erunt calamitatis  
omnis expertes & beati.

διαγράφεται. ] Legendum  
τοῦ ιπταμένου.

χρειστὸς ἐχει τὰς οἰσταν αἱ-  
τῶν. ] Malim αὐτῶν, vel αὐτῶν,  
naturam suam habet sepa-  
rabilem. Sed si αὐτῶν legis,  
sic ordinabis verba: οἱ λογικῆ  
ψυχὴ ἐχει τὰς οἰσταν χρειστὸν  
αὐτῶν, scilicet Σούμφατο<sup>ς</sup> καὶ  
τῶν ἀλόγων πεδίων. Mētis ea  
natura est, quæ a corpore &  
brutis affectibus separetur.  
hoc est: Aliud quiddam est  
mens, aliud corpus: aliud  
testa, aliud cochlea quam  
testa continet.

διστοληρεῖσιν, τὸ οἰκεῖον. ]  
Lego, καὶ τὸ οἰκεῖον. Et paulo  
post, in.

ὑπὸ δὲ τοῦ οἰκείου παθη-  
κτῶς. ] Lego, vt & sententia  
& constructio postulat, γε-  
ων. Facit quatuor vitæ ge-

nera, quarum a postremo  
nos, quam plane repudiat  
(quam recte, ipse viderit)  
ordinetur. Primum genus  
est eorum, qui ex animo  
& corpore constare putant,  
& corpus non minimam sui  
partem iudicant, & eius  
commodis atque necessita-  
tibus seruiunt. Excedunt illi  
fortasse modum in ea re, &  
corp<sup>o</sup> magis quam animū,  
ac ne ipsum quidem corpus  
recte curant, atque in stirpes  
& pecudes degenerant. Sint  
hi sane vitioli, nec idonei  
Stoicæ doctrinæ auditores.  
Sed hi tamen ii sunt, qui  
quacunque de causa (ideo  
scilicet quod e re sua id esse  
putant) current, ut & Epictetus  
& Simplicius habeant  
quod edant, quod bibant,  
quo vestiantur, quo a tem-  
pestatum iniuriis tegantur.  
Imo id quoque curant, ne  
desit carta, calamus, atramen-  
tum, sine quibus magnifica  
ista dicta literis mandari, &  
ad nostram ætatem propa-  
gari minime potuissent. Sic  
ergo haec sex infima plebis.  
Sed tamen sine huius opera  
nec ipse Epictetus, quamuis  
Iro pauperior, vixit. Fictilem  
enim illam lucernam,  
de qua tertio huius operis  
Tomo agitur, a figulo emit.  
Obolum, quo illam emit,

procedit monetarius: dedit  
autem Epaphroditus heius,  
aut auditor atque amicus  
aliquis, aut labore manuum  
ipse qualius Epictetus. Ita-  
que Louis ille filius, non  
modo compotor, sed & consor-  
fis de oium immortalium,  
fodit agrum, irrigavit hor-  
tum, descripsit Chrysippi libellos,  
aut alia fecit. Cur?  
Ut haberet obolum, unde  
non restim; sed lucernam  
emeret: eamque fictilem,  
quo minus esset periculi a  
furibus, qui ianuam clau-  
sam fortasse non effregi-  
sent, sed apertam ideo esse  
crediderunt, ut cuilibet eius  
domuncula opibus suo ar-  
bitratu frui liceret. Disputat  
alibi, pituitam boni esse  
consilendam, quod manus  
præsto sint quibus absterga-  
tur: cur non furibus etiam  
fores opposuit, ne ingredie-  
rentur? Aut si candelabrum  
nihili fecit: cur annis fere  
1500 post, nobilis ille philo-  
sophici candelabri sur, & eius  
quidem ferre, nec inelegan-  
tis, celebratur? Sed hacte-  
nus infimo generi hominū  
(τοις γραμματικοῖς μηδενὶ<sup>ν</sup>  
αλθαίμενοι) vecunq[ue] patro-  
cinati visum est. Et si enim  
haec non ad vulgi contem-  
num, sed ad studiosos admonen-  
& docendos perti-  
nent:

nent: tamen quia plerunq;  
fit, vt adolescentes falsa eru-  
ditionis & virtutis opinione  
inflati, homines indoctos  
& contemnunt, & odiose  
insestentur: non inutile  
duxii, hæc afferre in mediū.  
Alterum genus eorum esse  
dicit, qui corpore vtantur  
vt instrumento. Animus  
faber est. Is sua causa facit  
omnia: malleū & incudem  
sua causa curat, dum & qua-  
ten⁹ eis est opus. Tertii sunt  
*si ηρεμπλαντζίνης*, qui (vt  
opinor) animum ab inscitie  
& vitiorum sordibus repur-  
gare studēt: qui, an corporis  
instrumentū prolsus neglig-  
ant, affirmare nō possum.  
Postremi sunt *si Juwenlingi*,  
vni contemplationi dediti.  
Sed hi an vt cicadæ rore pa-  
scantur, ignoro. breui certe  
perituros existimo, nisi aut  
ipſi labore suo quæsierint  
quo alantur, aut opera infi-  
mæ fecis hominum susten-  
tentur. Ad hæc vitæ genera  
rectius intelligenda, pauca  
libet ex Angeli Politiani E-  
pistoli defensione ascribere.  
Triplex (inquit) apud Pla-  
tonem virtutum est gradus.  
Sunt enim supremæ omni-  
um, quas vocant exempla-  
res: quales in sapiente re-  
quirimus, in Deo statuim⁹.  
Quæ sequuntur, purgati

animi dicuntur: quales in  
eo esse philosopho volu-  
mus, qui se ab omni corpo-  
ris labore contagioneq; auo-  
carit. Vnde & in Protagora  
Plato idem, cuius mihi dul-  
cissimum in ore versatur  
nomen, emoriendum ei  
esse dicit, qui sit philoso-  
phus euasurus. Tertium est  
virtutum genus, quas pur-  
gatorias vocant: quales in-  
continentे esse statuimus,  
negamus in temperante.  
Has sibi virtutes is iure vin-  
dicet, qui rationis partici-  
pem animum vere homini-  
num esse sibi persuaserit,  
quique neque corpus ani-  
mæ esse partem iudicet,  
neque ad hominem perfici-  
ciendum concurrere ipsum  
arbitretur: sed eo quasi in-  
strumento vtendum, ani-  
mum induxit. Nam qui  
aut paria aut superiora cor-  
pori tribuat: eum non magis  
esse hominem putandū  
est, quam bruta illa, quæ  
vocemus animantia: quæ  
natura (vt egregie Salustius  
inquit) prona ac ventri obe-  
bedientia finxit. Animæ  
ergo (vt idem inquit) impe-  
rio corporis seruitio magis  
vtimur: vt quo vno a beluis  
differamus, quoque vno  
substantia constet hominis,  
id nobis liberum seruemus.

Corporē autem ipso non quidem ut parte aliqua animo adiuncta, sed ut instrumento utamur. Hunc Epictetus hominem instituendum accepit. Neq; enim vel ille sapiens his praeceptis indigebat, qui se iampridem in libertatem vindicauit,

*Quis metus omnis, & inexorabile fatum.*

*Subiectis pedibus, strepitusque  
Acherontis anari.*

Neque cūsi eo sibi esse negotium putat, qui a sua tantopere natura degenerauit, ut sit in brutorum numerū referendus.

*Ἐλας εἴρει βάλε τῷ κρεπτῶν. Οὐνίνοεσθε vult prestantiorum.]* oīs γείθον hic videntur intelligendi dii: ut sit sententia, τῷ κρεπτῶν diuinam vitam emulari & totum pendere a numine. Malim ὁλό, hoc est, & animo & corpore.

*ἰωνῆς τομήσον. ]* Lego τομήσον.

*καθηύρωσ. ]* Lego i. dī.  
*καθηύρωσ. ]* αιματοδοται. ] Sed quomodo nobilitas illa amissa sit, non explicat. Videtur & Isocrates natura humanæ corruptiōnem intellexisse: quum extrema parens scribit: μόλις γά τοι οὐκ εἰς τὸν τέλον πειράσῃ.

ας τοῦ τῆς φύσις ἀμφιπλανιτικούσιεν.

*απεδάξει τὸν ιωντό. ]* Leggo καθηύρωσ.

*Ἐπὶ οὐρανού μερισμού τοῦ θερμοῦ. ]* Α σωτείρου μεγά, una intento. Sed forte legendum σωπηλούθρη, coniuncto quasi in eadem acie collocato.

*οἱ λόγοι πειπτοσ. ]* Aut πειπτον tendunt, inclinant: aut πειπτοσ, impellunt.

*τηρούσι την. ]* Lege τηρούσι.

*οἱ ταρθροί τοιν λεμβαντί. ]* Forfassis οις.

*λαβεῖν, εἰπε τοιν πειπτοσ. ]* Ab actione seu efficacia. Malim ειπαγείν, ab evidētia: hoc est, iis rebus quae sub sensu cadūt. Sed iam omisis verbis, ad rem ipsam veniamus, & quid virtutē habeant siue Platonicae siue Socraticae istae rationes de artifice & instrumento, videamus. Ac Platoni quidem & Socrati, Epicteto item & Simplicio, ceterisque philosophis sua, per me quidem, constet, & constabit, ut debet, austoritas. Nobis autem quasi quidam ingenii lusus, quamvis in re seria, concedatur: & is quidem exemplo Platonis, qui nisi lusisset toties, nunquam tot absurdis opinonibus occasionem præbuīset. Sie igitur sere in Alci-biadę

biade priore disputat Pla-  
tonis Socrates, quem sibi  
multa falso tribuisse, ipse  
aliquando lectis eius Dialo-  
gis exclamasse fertur. Diaet-  
sa sunt, quorum diversa mu-  
nera sunt, atque effectus, &  
diuersis appellanda nomi-  
nibus. Nam quia igitur viri,  
aqua humectat, candor vi-  
sum diffundit, nigredo con-  
trahit, sanitas vires & formā  
tuert, morbus destruit:  
eadem esse qui possunt, nam  
vero animi & corporis quā  
diuersa officia, & fere contra-  
traria reperiuntur. Animus  
sensit, vixit, viget: corpus  
stupet, corpet, mortuum ia-  
cer. Animi imperium est,  
seruicium corporis: animus  
artifex est, corpus instrumē-  
tum: animus hospitem re-  
präsentat, corpus domicili-  
um: animus est qui hominē  
faciat, ac pene dixerim De-  
um: corpus si non stirpem,  
at pecudem. Corpus per se  
immobile, animi arbitratu-  
agitatur. Et hęc non con-  
fingi pro nostra libidine, sed  
ab ipsa terū natura spectan-  
da proponi, atque adeo pal-  
panda manibus, quis est qui  
hominem viventem & a-  
ctuosum, contraq; defuncti  
cadaver intuens, negate au-  
deat? Quod autē arthritici,  
mutilati, vincti, debilitati,

latione abiici vel in ardentem fornacem potest: manus pars instrumenti humani, nec sine mutilatione corporis, nec absque animi dolore secari & vri potest. Est enim longe arctior & interior corporis cum animo coniunctio & necessitudo quam fabri & mallei. Sed haec est fortassis plebeii hominis ratio: illa vero num philosophi est, eadem immortalitatis dignitate pecudum animas donare, qua hominum? quum & illa motum ac vitam suis corporibus afferant: & non nullae hominis imperium veritatem, suos reprimant impetus & cupiditates? An vero menti & rationi tantum dominatus iste est ascribens? Deinde si corpus ab homine separaris, homo ne erit soluta & libera mens: an genius quidam, & numen? Num mens ea quae agit, extra corpus agit, & sine sensu & adiumento corporis? Nullae sunt in ratiocinando cerebri partes? Nullae cordis & sanguinis in affectibus functiones? Non ea corporis & animi copulatio est, vt anicipiti s<sup>e</sup>p Victoria de imperio decertent, vt vtrumque afficiat alterum, modo

vincat, modo vincatur? Iam quo quisque melior est artifex, an non eo diligenter instrumenta sua curat? Secare cultri visus est, sectio artificis utilitas. Qui vt acutiores habeat cultrum, & cote opus est, & theca vbi recondatur. Sic, vt animus valeat, valere corpus est opus: vt corpus valeat, victu & cultu salubri, ad quem parandum d<sup>e</sup>i ~~z~~gen<sup>er</sup>ator. Omnino pluribus rebus fragilitate humanae vel ad mediocrem felicitatem umbram est opus. Quade re olim, quum in Aristotelis Ethicis disputationem de felicitate, primum legerem, paucos versiculos lusi, quos ascribere visum est:

σωμάτιον, βίος ἀντίρρησις, φιλότητες απόλαυσις  
πέριθυμος οὐ παιδεία πεπομπή τε  
δάμαστρος.  
εἰρήνη, τύπος ὁ δῆμος, κακός τοιούτος,  
κακότητος,  
τεμπεσίδες οὐ στόλικη, γεώμετρος  
οὐ δέδουμενος  
μητέρα Λειψόπλατη, τὸν ἔχοντα την  
ταῦτα πεπίστη,  
δρεπόντα δρόμος οὐ διαδεικνύειν:  
Qui valet inter opes modicas,  
cum coniuge dulci,  
Pignoribusq<sup>ue</sup>, probis, insidiisq<sup>ue</sup> bonis.

*Inter amicitias firmas & cō-  
moda pacie,*

*Et sine flagitiis, & pietatis  
amans.*

*Hic, nisi fallor, erit felix, mo-  
diceus, beatus:*

*Quod probat eximius do-  
ctor Aristoteles.*

Num igitur multitudo male facit, quod fundos & reditus suos curat? quod valetudini dat operam? quod suis consulit vel ad posteritatem? Non opinor. Sed in eo peccat, quod nimis magnum studium multamque operam in hoc confert, nec a malis interius artibus abhorret, neglecta fere mente, quæ vt non sola hominem absoluat ( labascunt enim profecto istæ siue *axygō-  
zīn*, siue *hyperbolæ*) at hominis præcipua pars est, & quidem talis, in qua felicitas & summum in terris bonum magna ex parte collocetur. Verum esse hoc vel absque subtilibus rationibꝫ, quotidiana exempla docere possunt. Quis enim non videt, suauius & beatius vivere non doctos modo homines, re tenui & otio literato frumenti: sed etiam opifices & agricultores plerosque, sua sorte contentos, naturamque sequentes dum: quam eos qui in sum-

ma potentia, copiis rerum omnium, & deliciis ac voluptatibus circumfluentes, nisi cœlum & terra illorum, moribus & cupiditatibus inseruerint, cœlum terræ (si possent) miscerent, infinita & inexplebiliauiditatis sitaestuantes? quam vt restinguant, vi, dolo, ferro, veneno, omni scelere grastari, & (vt poeta ait)

*Flebile si neque unsuperos,*

*Acheronta mouere* non dubitant. Quid talia animo miseri⁹ & sceleratius? Quid ea mente melius & beatius, que Deo & naturæ parere st̄det? Ad quod studium, si a nimia corporis & rei familiaris cura homines reuocare philosophi conantur, & in iis extenuandis, quæ plerique supraveri fidem exaggeramus, modum excedunt, animique viribus nimium tribuunt: probanda est eorum voluntas, & boni consulenda orationis insolentia, lectorum utilitati seruiens. *απά-  
θετος illi postulant: ab ini-  
quis philosophiæ licitato-  
ribus μαρτυράθετος ægre  
imperaturi: rerum exter-  
narum contemnum exigūt,  
vix id consequuturi, vt intra  
naturæ limites iis appe-  
tendis resistamus.* Illud

certe constat, suo quemque malo præcepta hæc contemturum: maximo suo commodo, quoad potuerit & licuerit, sequutuū. Constat & illud, in eo vehementer abierasse a scopo philosophos, quod solidam felicitatem in terris & hac caduca vita qua siuerūt: quæ omnis ex ecclesiæ petenda est, ut vnicū diuinæ liberalitatis munus: nec illa hominis industria, in hac animorum caligine & infirmitate, parabilis. Sed hæc haec tenus.

ANNOTATIONES,  
Ad Cap. I. Pag 7.

**E**θ' ἡμῖν ὅτιτα λίγη. ] In nobis illa esse dicit, quodrum domini sumus, & quorum potestatem habemus. Hæc enim in unoquoq; esse dicimus, quæ non ab alio habet, quæque ab alio impediti nequeunt. Sic verba Simplici se habent, quæ nō annumeranda censui, quod Græcum loquendi modum tantum declarant, quid nō οὐδὲ σημ̄ significet. Dicunt & Latini, Quātum in me erit: pro, quantum potero. Nō solum tamen dicere, hæc res in me est: pro, in potestate mea, vel, arbitrii mei est. Cicero dicit, aliquid situm esse in aliquo, aliquid esse in po-

testate alicuius, potestatem alicuius rei in aliquo esse sitam, in alicuius potestate situm esse aliquid, &c. Aristoteles τετραπτον definit iκέσιον τετραπτον διάρρησιν, τετράπτον εφ' ἡμῖν πεπαντεῖ: &, θελοντελεύ ὀριζει τετράπτον εφ' ἡμῖν, voluntarium aliquid antegressa deliberatione, de reb. agendis, quæ in nostra potestate sitæ sunt, & appetitionem rerū quæ in nobis sitæ sunt cum deliberatione.

[τετράπτον εφ' ἡμῖν,] Lego, τετράπτον γρ.

[τετράπτον διάρρησιν τετράπτον εφ' ἡμῖν.] Non potest foras moueri voluntas. Non satis assiquor quid sibi velit. Nam si dicit voluntatem extra corpus non prominere ita, vt cochlea extra testam prominet: quis nescit? nam alioqui cerneretur. Propendere ramen voluntatem, & quasi eōiungi cum re extra se posita, animaduertimus.

[τετράπτον εφ' ἡμῖν,] Malim nō, non hæc, sed ipsa.

[τετράπτον εφ' ἡμῖν.] Videatur prius membrum omissum, cuiusmodi fuerit: τετράπτον εφ' ἡμῖν επιστολον: Siue id ipsi in mentem venierit, siue ab aliis acceptum fuerit.

[τετράπτον διάρρησιν εφ' ἡμῖν.] Fortasse διάρρησιν

ξέσυρθι γε ἄλως, emphasis est in verbo δοξάζειν, quo significat, hominem non dare sine mente sonum, sed quid loquatur intelligere. Confusior hic locus est, & mendi suspicione non vacat. Quare lector interpreti veniam dabis. τὸν ιτίνα πότερον ἔρχεται μη καλῶς ἐπη καλῶ, inquit Sophocles. Sic corrupti codicis non potest elegans esse conuersio.

(μέρος,

ἱριστορίου.] Lego οὐδιστρατηγός καὶ λογική πε.]  
Lego, οὐδιστρατηγός καὶ λογική: vel  
οὐδιστρατηγός λογική.

μάκινεῖται πάντως ἕκκλισις  
ἢ ὄρεξις, ἐπικλεψθεῖ ἢ ἡ ὄρεξ.] Commouetur omnino declinatio aut desiderium, comitatur appetitio. Cicero τὸν αἰγάλεον rem expetendam dicit: ὄρελος εἰς ὄρεξιν, appetitum seu appetitionem, interdum desiderium. Tria igitur hęc, αἴρεσθαι, ὄρεξις, ὄρελος, vni Ciceronianæ appetitionis respondent. Sicut idem αἴρεσθαι, σύντηξις καὶ σύγχεισις, uno modestiæ nomine interpretatur. Sum igitur animi dubius, ὄρεξις ne an ὄρελος appetitio sit vertendum. Vtraq; certe vox animi commotionem significat. Sed credamus Simplicio, & ὄρεξις propensionem sive inductionem animi, & desiderium: ὄρελος

impetum, impulsionem animi, seu appetitionem verteramus.

[Επιφέρει τῆς ἔκκλισις.] Videtur legendum, τῆς τε ὄρεξις καὶ τῆς ἔκκλισις. Sed ingenue fateor, me nec Stoicorum, neque Simplicii rationem satis intelligere, tam patino discrimine lethi, ut Poetae verbis utar. Qnod si ὄρεξις καὶ ἔκκλισις τέλος ὄρελος καὶ αἴρεσθαι antecedit: qui possunt ὄρελος καὶ αἴρεσθαι priuvi esse animoium motus?

[πολὺ τὸ επερούλιτον.] Huic contrarium est τὸ αὐτοκίνητον. Significat iram & cupiditatem cieri a corporis humoribus. Qua de re praeclare disputat Aristoteles in Proemio τῶν Φυσιογνωμονικῶν, & Galenus cum alibi, tum in eo libello quo probate instituit, animi affectiones corporū temperiem sequi.

καὶ σύντηξις σύγχεισις.] Lego εἰρηνῆ.

αὐτὸς δέξῃ.] Lego οὐφέτης, αὐτηρχή, quia Platonica est compositio, frequentissima in Parmenide. quanquam non tantum αὐτόν θραπεύει, sed etiam αὐτὸν τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ibi συνείπεται legitur.

αὐτόν δὲ καὶ διώκεται.] Scilicet τὸν αὐτηρχήν, necesse est ipsum principium esse potentissimum.

[σωτήριοις.] Lego, οὐ τε  
καὶ τέλοις.

[ἐπιφίσιοις καὶ μία.] Lego ὅμη  
τροπ. Ad rem ipsam quod  
attinet, qui Porphyrii quin-  
que voces dicerit, ex indi-  
viduorum, specierum, ge-  
nerum & differentiarum  
ratione, ea quae hic dicuntur,  
non ignorabit.

[Ἐπιφίσιοις τετράτοις αὐτομογίαις  
παραγόντες.] Similia producere  
ante dissimilia τὴ φύσις, scilicet  
ἰατρῷ: Deus sibi simili-  
lia procreat prius, quam  
dissimilia. De ordine creati-  
onis, & rerum conditatum  
dignitate loqui videtur. Be-  
ati illi spiritus sunt Deo si-  
miliores, quam homo, aliæ  
res corporeæ.

[ἀρχαιοτέροις.] Lege per se,  
in secunda syllaba.

[καὶ τὸν ἀντὸν εὐ Αρχαιο-  
τερούς, οὐδὲ πολλούς.] Nullū  
noui politicum motum in  
Physicis. Fortasse legen-  
dum, καὶ τὸν ἀντὸν κινήτην  
εὐ Αρχαιοτερούς, οὐδὲ ζωικός.  
Mouetur ab eo principio,  
non ratione interualli aut  
loci, &c.

[εἰ τῇ μηράδι.] Ira et τῇ μηρᾷ  
idem esse videntur. Nam  
& quod vnum, solum: &  
quod solum, vnum est. Sci-  
pio cum solus erat: sui ipsi-  
us respectu erat etiam vnum  
in eo loco, in quo erat. Etsi

autem in ratione loquendi  
communi, vñtri & solum  
non nihil differunt: tamen  
μηράδα nō habeo quo pacto  
verram, nisi vnitatem. Niſi  
quis forte solitarium nu-  
merum dicere malit, aut soli-  
tatem communisci.

[παραγγείλων,] Lego παρα-  
γέμμων, vel παρηγέμμων. Et  
paulo post, εὖ καὶ θεόν Φάρα-  
ντο: & αὐτοκαθοτῆτις καὶ ἀ-  
περγάτης & εὐθρύβολης, omnia  
ὑπέρ.

[ἰριστάταις.] Ιριστάταις, susti-  
nere seſe, & conleruare. Niſi  
forte ὑριστάταις, essentiam  
sibi ipsi tribuere.

[τεραῖσσαν ή αὐτοκαθάτητα.]  
Ipsam animam dicit esse  
αὐτοκαθάτητη, quæ utiq; seipsa  
inferior esse nequit. Legen-  
dum igitur ή αὐτούτη. eius  
quod non mouetur, & in-  
codem statu permanet.

[καὶ τὸν ἀντὸν ίδιον.] Le-  
go κατέτοι, scilicet ή αὐτούτον  
τοις.

[ἢ τοι ιφισταίς, καὶ οὐδέποτε,] Iterum hic no-  
bis hæret aqua, & in arctum  
nostræ coguntur copia. Sed  
vt quimus, quando vt volu-  
mus non licet. αἴρον (vt a  
postremo ordiar) electionē  
hoc loco vix autim dicere,  
licet apud Ciceronem sit:  
Quorum ex electione virtus  
possit existere. Ne optio  
quidem

quidem placet, nec voluntas satis. *αἴρεσθαι* est id quod amplectimur, & in agendo sequimur. Delectus vocabulū viderur ferri posse. Apud Isocratēm *αἴρεντος παραδίτην*, decreui prætermittere: prætermittam, παραδίτην. *μέλλων αἴρεσθαι*, potius volo, malo, præopto. *duoīn αἴρεσθαι*, Alterutrum faciendum est, optio datur e duobus alterius alterius. *ἴσποι* verti sollicitudinem. Si quis manuult, cupiditatem reponat, cetera, ut ante. Qui aliquid habet melius, covtatur. Cognata vocabula sunt, de quibus mouendam controviam Galenus non censet.

*αἴρειν* & *πάρειν* τοῖς ψυχᾶς. ] At primæ quidem animæ. Ordo hic est. 1. *αἴρεσθαι*, Deus unus, auctor omnis boni; 2. *αὐτομάχοντις αἰρενός*, per se bonitates immutabiles. Sic fortasse dicit sanctos genios, Dei ministros, qui Platoni sunt *γειτονεῖς*, dii iuniores, quibus mundi & hominis creationem assignauit; quod a principe illo Deo nihil mutabile, nihil interitorum procreari fas esse videatur. 3. *αἴρεται τῷ ψυχᾶς*, primi, vel princeps animi. Hi qui sunt, nec Simplicius decla-

rat, nec ego coniectura diuinare possum: nisi forte heroas aut inferioris ordinis genios intelligat. 4. *αἴρεται ψυχᾶς*, humani animi facile mutabiles. Plato enim non hoc tantum dicit, *ἴτινα τὸν αἴρεται τὸν ὄπαρον*, hominem non cadere sub aspectum oculorum: sed illud etiam, *ἴτινα αἴρεται τοῖς οὐρανοῖς φύσει*, hominem esse animal suapte natura immutable.

*τοῖς τῷ αὐτομάχοντι.*] Legi *ἴσποι*, & mox, pro *ἴσποι* *τοῖς*, *τοῖς ψυχᾶς τοῖς*.

*τοῖς τοῖς αἴρεται αἴρεσθαι* ēcēt. ] Hæremus & hic. Nam neque præelectio, neque prælatio probatur. Sententia est: *αἴρεται*, quum e duobus alterum, aut e multis aliiquid præferre significet: non posse hæc de beatis illis geniis dici, qui non multa, sed unum sumnum: bonum Deum propositum habeant, ad quem vnicum eorum desiderium feratur.

*εἰ μὲν τοῖς αὐτοῖς αἴρεται*. ] *αὐτοῖς*, scilicet *τοῖς τοῖς στοιχεῖον ψυχᾶς αἴρεσθαι*, *καὶ τῇ αἴρεσθαι*. Nisi forte quispiam affectionem illam principum animorum appellat *αἴρεσθαι*.

*τοῖς δὲ αἴρεται αἴρεσθαι*

manus, illiberalisque est, quem offisfrage benignitas in pullos aquilæ non faciat benignorem? Quis tam piger, iners & segnis est, qui excitetur ad vitæ munera, cum formicarum aut apum labores atque industrias intuetur? Quem non pudeat per metum peccare, cum non solum leonis animum inuitetum cogitat, sed etiam reguli auiculae, quæ cum aquila pugnat, certatque de imperio? Quis principem bonum non colat atque obseruet, cum, si rex apum in itinere aberrauerit, omnes cum inquirere, odoratuque sagaci persequi, donec inuenerint, cognitum habeat: gestari etiam regem a plebe, cum volare non potest: & si perierit, omnes discedere? Nunquid parum exempli ad boni principis siue desiderium, siue obseruantiam datur? Quis princeps non ad clementiam facile inuitetur, cum reges apum armari quidem aculeo, sed eo nunquam vti intelligat? Quæ fides, quis amor in canibus? Quanta in elephantis mansuetudo? Quæ in ansere verecundia? Quantum studiū ornatus ac policura in pauone? Quanta opera vocis amœnæ, suavisque in luscina? Quid de iustitia apum dicam, quæ colligunt quidem ex iis, quibus aliquid dulcedinis inest, sed sine ullo fructuum detimento? Quid de castitate elephantis, qui quam impleuerit eoitum, eam tursus non tangit? Aut columbæ, quæ neque coire cum pluribus patitur, neque coniugium iam inde a primo ortu initum deserit, nisi vidua, aut cœlebs? Disciplina autem & eruditio elephanti, quem non faciat studiosorem? Omnino nulla pars vitæ humanae est, quæ non suorum officiorum exempla commodissime hinc accipiat. Nam, ut omitta artes illiberales, quæ & ipsæ ingeniis animalium non parum iuauantur, valetudinis exempla, quæsto, vnde commodius peti quam ex animalibus possint? Loca pro tempore conditione solent illa murare: non plus edunt aut bibunt, quam sibi salubre sit: non diutius dormiunt, quam ratio valetudinis postulat: modum mouendi, quiescendi que seruanti nouit sua quodq;

medicamen

medicamenta: viuit sua quodq; sorte contentus,  
& gaudet. Hæc latea medicis præcipiuntur. At ve-  
to exempla, in quibus vis maior quam in præceptis  
est, ab animalibus certiora præbentur.

Finis II. Tomi Epistoli.

Hieronymus Wolfius Lectori S.

**Q**VIA GRACI COGNATORUM RERUM VOCABULIS ABUN-  
DANT & IN IIS SUBTILITER DISTINGUENDIS NONNUNQUAM  
ELABORAT: IN EIS INTERPES ANGUSTIAS, PROPTER LATINI SER-  
MONIS EGESTAREM (QUAM, UT CICERO AMBITIOSUS NEGAT, SIC  
HORATIUS INGENUE AGNOSEIT) SAPE REDIGITUR, UT QUO SE  
VERITAS, IGNORET. NEQUE ENIM TOTIDEM VERBIS SUPPETIT, Q  
CREBRA CIRCUITIONES PERMOLESTA; NEQUE SAEPIA PROPRIA SUNT,  
Q CHICAGO PRÆTERIRE NEFAE DUCITUR. QUOD IDEM CÙ IN  
HOC OPERE MIHI ACCIDISSERET, EA CÖNERI QUAE POSUI: QUAE NO  
POSUI, GRACA RELQUI. QUAE QUA PERPAUCIA SUNT, UT QUAM  
OPERE, QUAM CICERO APPETITUM & APPETITIONE UNO VO-  
CABULO APPELLAT: UT AEGROTS QUAM AEGROTS, GRAM VERBA, UND  
